I. Vs. 2 cod. *παῖδες θ' αἱ*, unde recte Brunckius *παῖδες ταί*. Quod Jacobsius volebat *παιδίσκαι* dubito num ferri possit; *παιδίσκη* non est filia, sed servula. *Μουσέων* pro *Μουσῶν* Brunckius. Vs. 6 *κηρῷ τευξαμένη*. Tibiae ex cera non conficiuntur, sed cera iunguntur. Nam apud Theocr. I, 129 *τάνδε φέρω πακτοῖο μελίπνουν ἐκ καρῶ σύριγγα*, verba *ἐκ πακτοῖο καρῶ* a *μελίπνουν* pendent. Itaque vide ne *ζευξαμένη* scribendum sit, cll. Platone Anth. Pal. IX, 823 *ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ δονάκων.* Vs. 8 Dorvillius, quem Brunckius sequutus est, *αὐλείοις ἐγκροτέουσα θύραις.* Revocavit cod. lectionem Jacobsius, sed ita ut Dorvillianam rationem non plane repudiasse videatur. Si sana est edita lectio, verbis *οὐ κοτέουσα* facilitatem et patientiam exprimi dixeris, qua tibicina totam per noctem usque ad solis ortum comissantibus aderat, foribus quae oppugnabantur non irata. Multo tamen aptius in contrariam partem diceretur Satyram comissantibus adolescentibus ita favisse, ut ipsa etiam foribus quae effringendae essent irasceretur. Nimirum *θυροκοπικὸν μέλος* canebat, quod *αὐλήσεως* genus memorat Trypho apud Athen. XIV, p. 618 *c*. Hoc si teneas, leni manu refingas *αὐλείοις συγκοτέουσα θύραις.*

IV. Vs. 2 cod. *κάλων οἱ ταχινοὶ βορέηι.* Pro *βορέηι* Brunckius Kusteri coniecturam sequutus edi-

dit *τορέες*. Sed *τορέες* commemorantur vs. 8. Nihil tentavit Jacobsius; aliorum coniecturas sciens praetereo. Mihi verum videtur quod reposui *κάλων οἱ ταχινοὶ βορέες*, i. e. rapidi lignorum voratores, quibus verbis runcinas describi apertum est, quas omissas esse in fabri lignarii instrumentorum recensu nequaquam credibile est. Vocabulum *βορεὺς* aliunde non cognitum, at recte formatum est.

V. Vs. 2 vulgo *πορφυροῦν*. Revocavi cod. lectionem *πορφυρεῦν*. Vs. 3 *μηλοῦχον* Toupius. Cod. *μελοῦχον*. Vs. 6 *γνησία Κύπρι* multis variisque coniecturis tentatum est. Alios ut mittam, Brunckius inconsideratam Toupii correctionem probavit *Κτησία*, quod nihil est. Nec bene Jacobsius, qui *γνησίαν Κύπριν* de legitima Venere interpretatur, quam vagae et vetitae opponi existimat; at *γνήσιος* non legitimus est, sed genuinus. Accedit quod correptio syllabae ante *γνησία* in castigato poeta, qualis Leonidas est, non sine offensione fuerit. Mihi non dubitari posse videtur quin *Κρησία Κύπρι* scribendum sit. In Creta res agitur apud Leonidam etiam aliis epigrammatis v. c. VI. IX. De gentili *Κρήσιος* v. Stephanus Byz. p. 480 *καὶ Κρήσιος ἀπὸ τοῦ Κρής. καὶ Κρησιὰς θηλυκόν, καὶ Κρησία, καὶ Κρήσιον. Κρησίαν Ἄρτεμιν* habes apud Diodor. Sic. V, 77.

VI. Vs. 1 *τὸν νομίην*, quae cod. lectio est, Salmasius mutabat in *τὸν μόνιον*. Jacobsius tentabat *τόνδε νομὴν καὶ ἔπαυλα*, magis tamen probans rationem Salmasii, sed ita ut *μόνιος* non de apro, sed de lupo intelligendum esse diceret. Mihi *μόνιος* nec de apro nec de lupo dici posse videtur, nisi aut *σῦς* aut *λύκος* additum sit. Itaque pronior sum in priorem Jacobsii sen-

sententiam, nisi quod malim: *τόν τε νομὴν καὶ ἔπαυλα βοῶν*, hoc sensu ut lupus armentis et in pascuis et in stabulis insidiatus esse dicatur. Ita *νομὰς βοσκημάτων* de pascentibus armentis dixit Xenophon Anab. III, 5, 2. Ferae nomen ut disertim adderetur non necessarium erat, quoniam carmen hoc arbori insculptum fingitur, ex qua lupi exuviae suspensae erant.

VII. Vs. 1 legebatur *πυρκαίεος*. Vs. 4 *κεὶς ὑμέναιον κεὶς γάμον ἀβρύναις*. Parum aptum h. l. *ἀβρύνειν*, quod significat ornare, deliciis frangere. Legendum videtur *ἀδρύναις*, facias ut adolescat puellula et ad nuptias maturescat. Quod verbum quum proprie de frugibus dicatur, etiam ad homines transferri constat. Grammaticus Bekk. Anecd. p. 345 *ἀδρῦναι: ἀδρὸν καὶ μέγαν ποιῆσαι. Σοφοκλῆς.* Vs. 5 vulgo *βωμόν*. Recte Jacobsius ex cod. *βωμῷ*, *παρὰ* ad utrumque substantivum pertinere monens; fieri enim interdum, ut praepositio diversis casibus eodum sensu iungatur. Verum hoc; sed non credo támen id hoc loco et huius similibus fieri posse, quare scribendum videtur: *ἀνθ' ὧν σοι κατὰ πολλὰ προνήϊα καὶ παρὰ βωμῷ.*

VIII. Vs. 1 Jacobs. ex cod. *Λυκαμήδης*. Debebat certe *Λυκομήδας*. Salmasius *Λυκομήδους*. Scripsi *Λυκομήδευς*. Vs. 3 pro *πρόσεργον*, quod vix aptum *ἀτράκτου* epitheton, Jacobsius suspicatur *κρόκεργον*, quod potius *κροκουργὸν* dicendum erat. Possis etiam *τόν τ' ἐριουργόν*. Vs. 6 et 7 intactam reliqui cod. lectionem, nisi quod vs. 7 *τάςδε* scripsi (cod. *τὼς δέ*) et *ἐμβριθεῖς* pro *εὐβριθεῖς* cum Reiskio. Vs. 9 cod. *ζῶν χέρας αι σοι*. Sequutus sum Jacobsium, qui tamen non recte edidit *αἰεί*. Debebat *αἰέν*. Tum revocavi

cod. lectionem ἐνιπλήσαιο μὲν ἴσως, quam ita intelligo: quemadmodum tibi haec dona dedicamus, pariter tu nostras manus impleas. Fortasse tamen totus versus ita scribendus: ὧν, χερνᾶτις Ἀθάνα, ἐνιπλήσαιο μὲν ἱστῶς. Minerva χερνῆτις eadem quae ἐργάνη.

IX. Vs. 1 cod. φιλολαιδεω, quod non recte viri docti in Φιλομήδεω mutarunt. Hoc enim nomen, ut omnia illa in μηδης desinentia, Διομήδης, Λυκομήδης, Εὐμήδης alia, tertiae declinationis leges sequitur. Apud Dioscor. Anth. Pal. XII, 32 pro Γανυμήδου scribendum Γανυμήδους. Scripsi igitur Φιλολᾴδεω a Φιλολαΐδας vel Φιλολᾴδας. Ita Νικολᾴδας habes apud Simonidem Anth. Pal. XIII, 19 et in titulo apud Boeckh. C. I. I, p. 707 n. 1533, 7. Νεολᾴδας apud Antipatrum Anth. Pal. VI, 109. Μνασιλαΐδας in titulis apud Boeckh. Corp. Inscr. I, p. 815 n. 1689, 3 et p. 865 n. 1776, 2. Ἀριστολαΐδας vol. II, p. 34 n. 1896. Ἀλκιλαΐδας vol. I, p. 693 n. 1489. Sic enim legendum pro Ἀλκιλάδας, in quo Alcidamae nomen latere putabat Boeckhius. Ad eandem normam Σαολαΐδεω reddendum Sapphoni Anth. Pal. VI, 269 pro edito Σαοναΐδεω. Alia exempla vide apud Lobeck. Paral. p. 229. Etiam simplex Λᾴδας vel Λαΐδας habes in titulo apud Boeckh. I, p. 833 n. 1710, 6 et Λαϊάδας ibid. p. 827 n. 1702, 18. Minus recte Λάδας pro Λᾴδας scriptum est in epigr. Anth. Plan. Jac. IV, 53 et 54, ap. Maximum π. κατ. 429 pluribusque locis Pausaniae. Vs. 7 cod. πανάτιδι. Inepte Toupius Πιτανάτιδι, quem temere sequutus est Brunckius. Recte illud Minervae opificis cognomen esse intellexit Grotius. Sed fugit viros doctos idem hoc nomen de Minerva legi apud Aelianum H. A. VI, 57 οὐ μόνον δὲ ἄρα ἦσαν ὑφαν-

τικαὶ αἱ φάλαγγες καὶ εὔχειρες κατὰ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν ἐργάνην τε καὶ πηνῖτιν θεάν. Hinc etiam Leonidae reddidi *πανίτιδι.* Cfr. ad Euphorion. Fragm. CLXI.

X. Vs. 2 legebatur *ἄγκειται, κυνικοῦ σκῦλα Ποσωχάρεος.* Neque aliter Epigr. XI, 6 *σκῦλα Ποσωχάρεος Λιμὸς ἀνεκρέμασεν.* Diu me frustra exercuit insolens et pessime formatum nomen *Ποσωχάρης*, quum tandem certissimam reperi medelam hanc *σκῦλ' ἀπὸ Σωχάρεος.* Id igitur reposui. Nominis huius exempla vide ne plura commemorem apud Arcad. p. 26, 10 et in titulo apud Boeckh. Corp. Inscr. I, p. 505, n. 676. Idem reddendum Cratino iuniori in Comic. graec. III, p. 375, ubi minus recte scripsi *Σώχαρις.*

XI. Vs. 2 *λοιπόρινον.* De hac voce quidquid commenti sunt critici prorsus absona sunt. Latet haud dubie adiectivum quale est *φιλύρινος*, quod ipsum aliquando reponendum existimabam. Sed aliud desidero propius ad cod. lectionem accedens. Vs. 6 Jacobsius *Λίμος.* Volebat *Λῖμος.* Retinui quod cod. habet. V. Lehrs Arist. p. 301. cll. Zenobio Cent. IV, 93 *τὸν Λιμὸν ἐξιλεώσασθαι.*

XII. Vs. 1 Cod. *ἀντυκτῆρας.* Suidas *ἀντεκτῆρας* s. v. *ἀστεμφέα*, ubi Bernhardius suspicatur *ἀμπυκτῆρας.* Salmasius *αἰθυκτῆρας*, quod sequutus est Brunckius. Mihi *ἀνθεκτῆρας* scribendum videtur cum Reiskio, quod aptissimum est epitheton arundinum captas aviculas firmiter amplectentium.

XIII. Vs. 1 *Λαθρίη* de Venere intelligunt. Ac sane id suadere videntur imitationes Gaetulici Anth. Pal. VI, 190 et Cornelii Longi VI, 191. Permirum tamen illud nec aliunde cognitum Veneris nomen est. Nescio igitur an verum viderint qui *Λαφρίη* scriben-

dum coniecere. Eo nomine Diana colebatur apud Calydonios, Messenios, Patrenses. V. Pausan. IV, 31, 6. VII, 8, 6. Idem Apollinis cognomen fuisse intelligitur ex Strab. X, p. 459 unde *Λαφριάδαι* phratriae nomen apud Delphos teste Hesychio v. *Λαφριάδαι*. Ibid. *ἐκ πλάνης* cod. Brunck. *ἐκ πενίης*. Toupius Emend. ad Suid. II, p. 318 *ἐκ σπανίης*. Quorum neutrum bene coniungitur cum sequentibus *ἔκ τε πενέστεω*. Quamvis favere videtur Cornelius Longus l. l. *ἐκ πενίης ὡς οἶσθα* (leg. *οἶσθας*) *ἀκραιφνέος ἀλλὰ δικαίης, Κύπρις, ταῦτα δέχου δῶρα Λεωνίδεω*. Cuius tamen loci, ut vides, longe alia est ratio. Mihi adiectivum requiri videtur v. c. *ἐκ πλανίου*, vel *ἔκ τε πλάνου*. Procul enim a patria degebat Leonidas, de quo ipse queritur Epigr. XCVIII. Vs. 7 cod. Paulseno teste *ἦν δέ με χώς*, ut voluerunt Kusterus et Reiskius. Brunckius *ἦν δ' ἐμέ γ' ὡς*, in quo *γε* aeque ineptum est quam *καὶ* in lectione codicis. Scribendum erat *ἦν δέ μ' ἔθ' ὡς*, quodsi me insuper, ut a morbo, ita etiam a paupertate salvum praestiteris.

XIV. Vs. 2 legebatur *Δεισόζου Δωριέως*. Miro errore accidit, ut viri docti *Δείσοζος*, cui Brunckius temere *Δηΐσοον* substituit, helluonis nomen, *Δωριεὺς* autem gentile esse crederent. Imo *Δωριεύς* ipsum hominis nomen est, quem aptissime *δείσοζον* vocat, stercus olentem a *δεῖσα*, stercus. Nominis *Δωριεὺς* exempla ubivis obvia. *Δωριέος* pro *Δωριέως* ex cod. revocavi. Vs. 3 vulgo *Λαρισσαίως*. Cod. *Λαρεισαίως*. Hinc scripsi *Λαρισαίως*, quam formam ubique restituendam esse, praeter numorum (Eckhel. D. N. vol. II, p. 140) et titulorum (Boeckh. Corp. Inscr.

vol. I, 847, 864) auctoritatem, veterum librorum consensus fidem facit. Tum *κυτογάστορας* Toupius. Cod. Pal. *κυάστορας*.

XV. Vs. 1 legebatur *ζωὸν τὸν Μίκυθον*, quod ineptissimum est miramque epigrammatis interpretationem genuit Welckeri ad Philostr. Imag. p. 396. Scripsi *ζῷον*, i. e. imaginem Micythi pictam. Non vivum igitur mater Baccho dedicat filiolum, sed imaginem eius exili et rudi artificio pictam. Cfr. Herodotus IV, 88 *ζῷα γραψάμενος πᾶσαν τὴν ζεῦξιν τοῦ Βοσπόρου καὶ βασιλέα τε Δαρεῖον ἐν προεδρίῃ κατήμενον.*

XVI. Vs. 2 distinxi post *Ἑρμῆς*, ut *ἴδε* sit imperativus et Mercurium poeta precetur, ut Miccalionem benignis oculis adspiciat. Ita *ἰδεῖν* dixit Pancrates Anth. Pal. VI, 356 *ἴδοις ὤνασσε τὰ τῆσδε εὖ τέκνα.* Vs. 4 *αἰεὶ* pro *αἰὲν* Hermannus.

XXI. Leonidae tribuit Planudes. Pal. poetae nomen omittit. Sine auctoris nomine est apud Pausan. I, p. 31 et Plutarchum V. Pyrrhi cap. 26.

XXII. Vs. 4 legebatur *Ἄγνων*. Tum *βιαιομάχας* Plan. *βιαιομάχος* Pal. quod probavit Jacobsius. Accentus indicare videtur verum esse *βιαιομάχας*.

XXIII. Vs. 1 mirum est editores tulisse vitiosum *οἵδ'*, quod *αἵδε* scribendum erat. Vs. 2 non *ξεστοὶ* scribendum esse cum Pal. sed *ξεσταί*, ut Plan. habet, docet sequens *ποθέουσαι*. Vs. 3 notatu dignum est *δεδμῆσθαι* de rebus coacervatis dictum.

XXIV. Vs. 1 *εὐκαμπὲς* non potuisse scribi a Leonida hodie satis constat. Hermannus tentabat *γναμπτόν τ' ἄγκιστρον*. Possis etiam *καμπύλον ἄγκιστρον*, vel *στρεπτόν τ' ἄγκιστρον* cll. Theaeteto Anth. Pal. VI, 27 *στρεπτῶν τ' ἀγκίστρων ἰχθυπαγῆ στόματα.*

XXV. Vs. 2 ad ὀρθιάσας cfr. Stephanus Byz. v. Πανὸς πόλις· ἔστι δὲ καὶ τοῦ θεοῦ (Panis) ἄγαλμα μέγα, ὀρθιακὸν (leg. ὠρθιακὸς) ἔχον τὸ αἰδοῖον εἰς ἑπτὰ δακτύλους, ἐπαίρει τε μάστιγας τῇ δεξιᾷ (add. εἰς) Σελήνην. Vs. 4 frustra tentatum ab J. Scaligero docet Archilochi versus apud Athen. VII, p. 299 *a.* πολλὰς δὲ τυφλὰς ἐγχέλυας ἐδέξω, quod recte interpretatus est Schneidew. Del. p. 193.

XXVI. Jacobsio vs. 3 ἀλλὰ μόλοιτ' ἀν' ὄρη et vs. 4 τοῦ δ' ἁρπακτῆρος scribendum videtur. Quae ingeniosa quidem est emendatio, sed ut mihi quidem videtur non necessaria. Nam illud, αἵ τ' ἀν' ὄρη κεκορεσμέναι et recte et eleganter dictum est, si pro vocativo casu accipitur. Sed particula γέ in verbis τοῦ γ' ἁρπακτῆρος habet sane aliquid offensionis, quod ita evitari potest, si poetam τοῦ δαρδαπτῆρος scripsisse ponatur.

XXVII. Vs. 2 adverte correptionem penultimae syllabae vocis πρίων, cuius mensurae nullum exemplum reperiri putabat Porsonus ad Euripidis Med. p. 16. Adde Meleagrum Anth. Pal. VII, 196 ἄκρα δ' ἐφεζόμενος πετάλοις πριονώδεσι κώλοις, et Nicandrum Ther. 52 καὶ ἡ πριόνεσσι τομαίη κέδρος. Attici tamen constanter produxerunt. Vs. 3 quo iure runcina εὐαγής, fragilis, vocari possit non intelligitur; nec placet in eodem versu εὐαγέα et περιαγές. Suspicabar olim εὐαχέα, sonoram. Nunc malim ῥυκάναν τ' εὐθαγέα.

XXVIII. Vs. 5 verba ἀλλὰ ποθ' αὐτοὺς αἴτ' ὠμὰς παραθῇς etc. vix dici potest quantopere criticos exercuerint, qui si ad totius carminis tenorem attendere voluissent, vidissent profecto nullis coniecturis mancam orationem redintegrari posse. Ita enim

procedat sententia necesse est: ambo quidem mortalibus propitii sumus, sed inter nos ipsos (*ἀλλὰ ποθ' αὐτοὺς* i. e. *πρὸς ἀλλήλους*) acre exarsit de sacrificiis quae nobis offeruntur dissidium; ille enim quicquid ambobus oblatum fuerit, avidus praeripit, ac sive quis matura sive immatura pira apposuerit, statim devorat. Itaque duorum versuum lacunam indicavi. In fine vs. 7 probabile est fuisse verba *αἶτε πεπείρους*. Versu sexto cod. *αιτωμαι παραθῆς*. Correxit Salmasius. Ceterum excidisse aliquid nunc etiam Casaubonum monuisse video. Vs. 12 *ἀμφὶς* Eldickii coniectura est; cod. *ἄμφω*. Vs. 13 cod. *τὴν τοῦθ' Ἡράκλεες*. Plan. *τῇ τοῦθ'*, quod sequuti sunt Brunckius et Jacobsius. At cod. lectio satis ostendit scribendum fuisse *τὶν τοῦθ' Ἡράκλεες*. Ibid. *ἀλλὰ τὺ* scripsi cum Casaubono. Cod. *ἀλλότε*.

XXIX. Hoc carmen alios tribuisse Gaetulico adnotatur in cod. Pal. Eadem dubitatio de epigr. XXXIX.

XXX. Vs. 5 cod. *δεξιτερῇσι*. Correxit Jacobsius in notis. Idem vs. 6 *καὶ* pro *κατ'*. Pro *δῶρα* idem *πρῶτα*, quae perelegans emendatio est. Nisi forte *ὦνα* scribendum. Certe *δῶρα* corruptum est.

XXXI. Cod. *Λεωνίδα, οἱ δὲ Μνασάλκου*. Vs. 4 cod. *ἁλός*. Brunckius *ἄλλος*. Jacobsius *ἄλος*. Idem *ταναάν* suspicatur pro *κραναάν*, quod sane permirum pinus epitheton est. Non minus probabiliter corrigas *ῥαδινάν*, sive malis *ῥαδαλάν*. Theognis vs. 6 *φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη*. Nicaenetus apud Parthenium Erot. XI *ῥαδαλαῖς ἐναλίγκιον ἀρκεύθοισιν*.

XXXII. Poetae nomen in Pal. omissum habet Planudes. Vs. 1 parum commode Wyttenbachius *εὔσημον*. Aut aliud pilae epitheton latet aut *Εὔφημος*

scribendum, ut duo donatores memorentur. Ibid. *τοι* minus apta h. l. particula, qua utuntur quidem non raro poetae epigrammatarii in initio carminum, sed cum emphasi quadam, cui nullus hic locus est. Simonides Anth. Pal. VI, 52 *οὕτω τοι μελία ταναὰ ποτὶ κίονα μακρὰν ἧσο.* Poeta ignotus apud Boeckh. Corp. Inscr. vol. II, p. 39. *Τήνῳ τοι τόδε σᾶμα τὸ λάϊνον ὦνερ*) Εὐθυδάμω, ὅς ποκ' ἐν ἀμφιάλῳ πρᾶτος ἔγεντ' Ἰθάκᾳ,* ubi v. Boeckhium. Phalaecus Epigr. VI *χρυσῷ τοι κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα.* Ita enim scribendum videtur pro *χρυσωτόν*, de quo infra dictum est. Alia nostri loci ratio est. Itaque vs. 2 scripsi *Ἑρμεὶη* pro *Ἑρμείῃ*, ut *τοι* dativus sit. Ibid. iniuria *πλαταγὴν* scripsi pro *πλατάγην*, quamquam accommodate ad praeceptum Herodiani ap. Schol. Apoll. Rh. II, 1056.

XXXV. Plan. *Λεωνίδου οἱ δὲ περίτου.* In *Περίτου* Jacobsius *Θεοκρίτου*, ego *Πέρσου* nomen latere suspicor. Expressum hoc carmen esse in Lusibus XXIV Anth. Lat. II, p. 498. adnotavit Jacobsius.

XXXVI. Vs. 2 cod. *δινωτοῦ στρεπτὸν ὕπερθε λίθου.* Pro *στρεπτὸν* J. G. Schneiderus *στεπτόν*, quod verum videtur, quamquam possis eodem iure *γραπτόν*, sive id de tabula picta sive de anaglypho intelligas. Ita Leonidas Epigr. XXXIX de Praxitelis Amore Thespiensi *οὐχ ἑτέρου γραπτὸν ἀπ' ἀρχετύπου.* Cfr. Hermannum Opusc. V, p. 211. Non recte enim Jacobsius statuam Anacreontis eam describi existimat, quae Athenis in arce posita erat teste Pausania I, 25: *τοῦ δὲ*

---

*) Ita Boeckhius scripsit. Lapis *ΩΗΕΝ* i. e. *ΩΞΕΝ*. Scribendum igitur *ὦ ξέν'*

τοῦ Ξανθίππου πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήϊος — καὶ οἱ τὸ σχῆμά ἐστιν οἷον ᾄδοντος ἂν ἐν μέθῃ γένοιτο ἀνθρώπου. Idem λίθον δινωτόν de sella in cylindri formam rotundata interpretatur, cui insederit Anacreon. Atqui sedentem non fingi Anacreontem a Leonida, docet ultimus carminis versus: οὐ γὰρ ἔοικεν ἐκ Βάκχου πίπτειν Βακχιακὸν θέραπα. Nec favet sequens carmen in eandem Anacreontis statuam, in quo verbum ὑπεσκέλισται de sedente dici non potuit. Itaque anaglyphum describi existimo cum Heynio, et δινωτὸν λίθον de marmore sculpto interpretor. Vs. 3 ὑπ' ὄμμασι scripsi praeeunte J. G. Schneidero pro ἐπ' ὄμμασιν. Vs. 5. μεθυπλήξ ex Callimacho adscivisse videtur Fragm. 223 τοῦ τε μεθυπλῆγος φροίμιον Ἀρχιλόχου. Ita enim scribendum est pro Ἀντιλόχου. Respicit enim nobilissimum Archilochi carmen, cuius partem servavit Athen. XIV, p. 628 *a*.

XXXVIII. Vs. 1 vulgo ἐπ' οἰονόμοιο. Correxit Lobeckius Paral. p. 313.

XXXIX. Ab aliis Gaetulico tribui adnotatur in lemmate cod. Pal. Cfr. ad Epigr. XXIX.

XL. Vs. 1 aut ἐκφυγοῦσαν aut ἔτι corruptum videtur. Vs. 3 ἴδ' ὡς Jacobsius in notis. Vulgo ἰδών.

XLIII. Vs. 3 κλαδίοισι Lobeckius. Cod. κλάδοισι. Pro ἐφέλκει Plan. ὑφέλκει. Aut hoc aut ἀφέλκει verum videtur.

XLIV. Philippo tribuit Planudes. Vs. 3 Pal. λευκόπρωος et ἐφώδιος. Utrumque correxit Planudes. Vocem λευκοόπωρος memorat Etymol. M. p. 561, 47. Ei simile est φθινοοπωρισμός, si tamen id recte Ananiae apud Athenaeum VII, p. 282 *b* restitui. Vs. 4 forsan τοὺς scribendum; certe ἡ ἄκολος aliunde non

cognitum est. Vs. 6 scripsi ex Pal. *ἀκρεμόνος*. Ibid. *ἀχράντου* Brunck. *ἀκρήτου* Pal.

XLV. Vs. 1 vulgo *αὐτοθελής*. Idem habet Pal. sed *ει* super *η*. Itaque scripsi *αὐτοθελεί*.

XLVII. Antipatro Thessalonicensi tribuit Planudes.

XLIX. Vs. 4 malim aut *τὰν Λακεδαιμονίων* aut *γᾶν Λακεδαιμονίαν*. Nam *Λακεδαιμονία* ab huius aetatis poeta de Sparta dictum fuisse vix credo. Vs. 5 Jacobsius tentat *ἀναιδέες οὐ δὲ λέγουσιν* i. e. *ἀναιδεῖς εἰσιν, ἀλλ' οὐχ ἵστορες οἱ λέγοντες*. Non credo hic quidquam corruptum esse, quamquam verborum ordo paullo insolentior est.

L. Vs. 1 vulgo *πυρροῦ* et vs. 5 *μοσχείου*. Cod. *πυρρῶι* et *μοσχείω*. Restitui formas doricas, quibus etiam vocabulum *βουπάμων* fidem facit. Aliud dorismi indicium servavit cod. Pal. in verbo *ἀπεφλοιώσατο*, pro quo ille habet *ἀπ' ὠφλοιώσατο*. Unde scribendum suspicor *ἀπ' ὧν φλοιώσατο*. Vs. 4 *μάνδρας αὖτις* Plan. *μάνδρης αὖθις* Pal.

LI. Vs. 5 et 6 servavi cod. lectionem varie tentatam. Brunckius mira audacia *εἰ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐσώκει δαίμον' ἁλίσκειν, τισαίμην. τί πλέον δ' ἔσσετ' ἀλευομένῳ*. Scaliger nescio qua sententia: *χὡθνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἔσω, καὶ θνητὸς ὁ δαίμων τίσομαι· ἐγκλήμων δ' ἔσθ' ὅ μ' ἀλεξάμενος*. Jacobsius quae olim tentavit nunc repudiasse videtur. Postrema miror non vidisse criticos per interrogationem efferenda esse, quo omnis tollitur verborum obscuritas. Reliqua ita scribenda videntur, *χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐγώ, κεὶ θνητὸς ὁ δαίμων, τίσομαι*. In altero *θνητὸς* tamen vitium residere apertum est.

LII. Vs. 1 Brunckius *τοῦτο τὸ τοῦ Κλείτωνος*. Jacobsius *τοῦτ' ὀλίγον*. At sequentia etiam habent in quibus haereas. Cod. *ἥ τ' ὀλιγόλαυξ*. Suidas *ἥτ' ὀλιγαύλαξ*. Kusterus et Jacobsius *ἥ τ' ὀλιγώλαξ*. Rectius *ὀλιγῶλαξ*, vel *ὀλιγαῦλαξ*, quod qui pro substantivo habuit Suidas, *ὀλιγαῦλαξ: ἡ μικρὰ χώρα*, sine dubio erravit; neque apparet unde *σπείρεσθαι* pendeat. Vide igitur an fuerit *τοῦτο Κλείτωνος μὲν ἐπαύλιόν ἐστ' ὀλιγῶλαξ σπείρεσθαι*. Vs. 2 *λιτός θ'* scripsi ex Suida pro *λιτός δ'*. Vs. 3 *ῥωπεύειν* Reiskius. Neque aliter Suidas v. *ῥῶπες*, ubi legitur: *καὶ ῥωπεύειν, ξυλεύεσθαι. τοῦτό τοι ῥωπεύεις ὀλιγόξυλον*. Cod. Pal. *ρωπαιειν*. Sed *ὀλιγόξυλον* non magis pro substantivo haberi potest quam *ὀλιγῶλαξ*. Suspicabar *τοῦτό τε ῥωπεύειν ὀλίγον ξύλον*, ut *ξύλον*, quemadmodum in nostro sermone, de silvula dictum sit.

LIII. Vs. 3 *περιστέψαιτο* non credo integrum esse. Forsan *περιστέξαιτο* legendum. Vs. 5 Jacobsius *ἦ καὶ* coniecit. Ib. *τε* pro *γε* Reiskius.

LVI. Vs. 1 pro *δισσῆς* legendum videtur *λισσῆς*. Vs. 3 Jacobsius suspicatur *πέτρα*, quod potius *πέτρη* scribendum esset; sed recte legitur *πέτραι κρηνέων*, quibus verbis saxa significantur in medio rivi alveo prominentia. Idem reliqua sic interpretatur „Poeta pergit in locorum recensu: *καὶ κόσμια ταῦτα* (et pulchra haec circumiacentia) *ἐν ὕδασιν ὑμέων* (pro *ἐν ὑμετέροις ὕδασιν*) *ὦ κοῦραι* (Nymphae) *τεγγόμενα*.“ Non credo haec probari posse, primum ob verborum structuram paullo impeditiorem, tum vero propterea quod *κόσμια* non videntur nisi de ligneis Nympharum sigillis intelligi posse, quae vulgo *κορокόσμια* dicebantur. Antiattic. Bekkeri Anecd. p. 102, 5 *Κοροκόσμια κυ-*

ρίως μέν ἐστι τὰ ἐπὶ τῶν τριόδων πρόσωπα ξύλινα, ἃ δὴ οἱ Ἀττικοὶ κόρας καλοῦσι. Eiusmodi imagunculas etiam aliis in locis quam in triviis positas fuisse consentaneum est. Haec si vera est explicatio, pro ἐν ὕδασι scribendum est ἐφ' ὕδασι, ut sententia emergat haec: et vestra, o Nymphae, sigilla in ripis posita et aquarum adspergine identidem madefacta. Nisi forte κοροκόσμια illa in ipsis rivi saxis posita fuerunt, quemadmodum etiam nostris temporibus in regionibus catholicae religioni addictis, velut in finibus Juvaviensium, Divae virginis vel Sanctorum imagunculas in rivorum saxis praetereuntium venerationi expositas videmus. Vs. 5 cod. Ἀριστοκλεη σὲ δ' ὁδοιπόρος. Scripsi Ἀριστοκλέης ὅδ' ὁδοιπόρος. Jacobsius Ἀριστοκλέης δ' ἴδ' ὁδοιπόρος.

LVII. Vs. 3 pro ὀκρυόεσσα fortasse praestat ἁ κρυόεσσα, quo ducunt codd. Suidae s. v. βᾶρις, quorum alii habent ἀκρυόεσσα, alii ἀκρυόεσσα.

LVIII. Vs. 3 legebatur κελευθήτῃσι. Scripsi κελευθίτῃσι, ut postulat analogiae lex. Vs. 8 valde torsit interpretes αὐλοθετεῖ, pro quo si reponas ἀθλοθετεῖ, nihil ultra desiderabis.

LXI. Servavit Stobaeus Flor. CXX, 9 cum lemmate Λεωνίδα. Male Simonidi tribuit Welckerus, de quo admonui Comic. graec. IV, p. 718 nescius tum, inter Leonidae Tarentini carmina hoc poemation iam receptum esse a Brunckio. Ceterum exhibui locum ut ex codd. emendatus est a Gaisfordo. Vs. 4 δ' ᾗ pro δὴ iam Jacobsius scripsit, quod ignorabam quum l. l. eandem coniecturam proferrem.

LXII. Vs. 2 αἰψάμενος κεφαλῆς, quod animi aegritudinis indicium. Ita apud Persen Anthol. Pal. VII,

730 *αἰαῖ Ἀριστοτέλης δ' οὐκ ἀπάνευθε πατὴρ δεξιτερᾷ κεφαλὰν ἐπεμάσσετο.* Vs. 5 cod. *στυλήσαιτο.* Plan. *στυλώσαιτο.* Sequentia, in quibus neque orationi neque sententiae sua stat ratio, multis modis corrupta sunt: nec interpretes quidquam attulerunt, quod referre operae pretium sit. Sententia, si quid video, ita procedat necesse est: ducenda uxor et genus liberorum progenie fulciendum; sordet domus nullis columnis fulcita; contra vel splendidissimus focus, etiamsi lignis abundet, obscurus manet, si titionem occultat i. e. nisi ignis in eo luceat, quod familiae et domesticae vitae indicium. Itaque locum ita corrigo:

ὁ δ' αὖ λῷστός γ' ἀνέρος ἐσχαρεών
σύσκιος ὢν φαίνοιτο, καὶ εἰ πολυκαέϊ ὄγκῳ
ἐνστῇ, λυγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.

Versu septimo num ipsa verba poetae reddiderim dubito, quamquam proclivis depravatio verborum *CYCKIOCΩN* in *ЄYKIΩN* *). Certum arbitror quod sequenti versu pro *αὐγάζων* reposui *λυγάζων*, cuius verbi etsi nullum exemplum habeo, tamen ut *αὐγάζω* ab *αὐγή*, ita *λυγάζω* a *λυγή* rectissime formatur. De compositis *ἐπιλυγάζω* et *ἐπηλυγάζω* vide Piersonum ad Moer. p. 163 et Ruhnkenium ad Tim. p. 118, qui simplex *λυγάζειν* Heliodoro poetae apud Stobaeum Flor. C, 6 iusto confidentius restitutum ivit hoc modo: *ὃς δέ κε Κιμμερίῃ νεφέλῃ λελυγασμένος* (pro *λελυσμέ-*

*) Similitudo literarum *C* et *Є* innumeros locos corrupit. Apud Plutarch. Cons. Apoll. p. 114 *c. οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς ἄξιος θρήνων ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαινῶν, οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης εὐκλεοῦς· οὐδὲ δακρύων ἐπωδύνων, ἈΛΛ' ἈCTEIΩN ἀπαρχῶν, εἴγε ὁ μετηλλαχὼς θειότερόν τινα βίον μετείληφεν*, legendum *ἈΛΛΑ ἘTEIΩN (ἀλλ' ἐτείων) ἀπαρχῶν.* Piersonus Verisim. p. 258 tentabat *ἀλλὰ θείων ἀπαρχῶν.*

νος) *ὄσσε ἀσχάλλῃ ὀδύναις.* Atqui *λυγάζειν* primam syllabam producere satis ostendit adiectivum *λυγαῖος*, cuius frequens apud poetas usus est. Legendum potius, *ὅς δέ κε λημηρῇ* (ita Arsen.) *νεφέλῃ λελιπασμένος ὄσσε.* Vs. 10 *ἀλιτοφροσύνην* Plan. *ἀλισωφροσύνην* Pal. in quo *ἅλις ἀφροσύνην* latere videri possit, quod tamen editae lectioni posthabendum.

LXIII. Vs. 5 *διπλοῦς* Pal. Plan. et Suidas s. v. *ἐφίλατο.* At idem s. v. *καλαμίτης* habet *δισσούς*, quod recepit Brunckius. Rarum quidem *διπλοῦς* pro *δισσὺς* de tempore, at dixit Apollon. Rhod. I, 588 *διπλόα ἤματα.* Vs. 6 cod. *καὶ ϑ' ἐτ' ἐφ'.* Plan. *κάτϑετ' ἐφ'.* Jacobsius *καί σφ' ἔτρεφ'.* Imperfectum minus aptum huic loco; quare scripsi *καὶ ϑρέψ'.* Tum cod. *ὑμνιδίῳ χρησαμένην πατάγῳ*, sed ita ut *χηραμένην* superscriptum sit. Brunckius et Jacobsius *ὑπνιδίῳ χηραμένην πατάγῳ.* Scripsi *χηραμένη* praeeunte viro docto apud Huetium. Multo enim aptius est Philaenida quam locustam strepitu gavisam dici. *Ὑμνιδίῳ* cur tentetur nihil causae video. Vs. 8 Plan. *τοὐλίγον* pro *τὠλίγον* et *πολυτροφίης* pro *πολυστροφίης*, quod recte Jacobsius de variis cantus modulationibus interpretatur.

LXIV. Vs. 1 cod. *μνήμης*, quod in *μνήμην* Brunckius, in *μνήμονες* Casaubonus mutavit. Grotius vertit: Sobrius Eubulus iacet hic iaceatque: bibamus Nos alii; cunctis ad Styga portus erit. Ex quo suspicatur Jacobsius eum legisse *μνῆμα τόδ' Εὐβούλοιο.* Id ego etiam conieceram, praestatque haud dubie ei quod auctore Casaubono recepi.

XLV. Vs. 1 cod. *τίς ποτ' ἄρ' ἢ τίνος ἄρα.* Quod ineptum est, ut mihi quidem videtur. Melius Plan. *τίς*

ποτ' ἄρ' εἶ; τίνος ἄρα etc. ut apud Sophoclem Oed. T. 1493 *τίς οὗτος ἔσται; τίς παραρρίψει, τέκνα, τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων;* ubi v. Erfurdtum. Vs. 2 cod. *τλῆμον.* Plan. *τλήμον'*, quod recepi.

LXVI. Vs. 5 cod. *τὴν οὔπω πριvὶ τὴν ὁδόν.* Quae quum Brunckius audacissima coniectura attrectasset, Jacobsius cod. vestigia premens scripsit *τὴν οὔπω πρὶν ἴτην ὁδόν*, dualem pro plurali positum esse existimans. Sed recte Lehrsius verbale *ἰτὴν* poetae reddendum esse vidit Quaest. ep. I, p. 26. Vs. 6 cod. *νιόμενοι*, superscripto *ει.* Plan. *νεισσόμενοι*, quod rectius scribitur *νισσόμενοι.* Non recte *νείομαι* tuetur Jacobsius, glossa Hesychii, *Ναίεσθαι: πορεύεσθαι*, quod non in *νείεσθαι* mutandum, sed in *νέεσθαι.*

LXVII. Vs. 1 nullam vim hic habet *αὐτά*, pro quo scribendum *αὗτα.* Quod enim Jacobsius ad Anth. Pal. p. 186 *αὐτὸς* pro *οὗτος* poni existimat, id secus est. De Leonidae loco VII, 731 infra dixi ad Epigr. LXXVIII. In Erycii carmine VI, 255 rectissime Reiskius *αὔας* scripsit pro *αὐτᾶς.* Denique Anonymi locus VI, 255 non magis huc pertinet quam Xenophontis Memor. III, 10, 14 (non 4) vel quos ex Platone composuit Heindorf. ad Platon. Lys. p. 5, in quibus *αὐτὸ* notissimo usu emphatice dictum est pro *αὐτὸ τοῦτο.* Speciosius utaris titulo ab Herodoto V, 61 servato *Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν ἐΰσκόπῳ Ἀπόλλωνι Μουναρχέων ἀνέθηκε*, ubi tamen Schweighäuserus recte opinor coniecit *αὐτός.* Vs. 5 Plan. *μυθεῦμ'; ἐπὶ πᾶσι.* Quod vix correctori debetur; quamquam trochaica in quarto pede caesura, qua peiores poetae epigrammatarii, ut Lucianus et Diogenes, saepissime usi sunt, ne elegantiores quidem poetae abstinuerunt, e. c.

Strato XII, 188. 245. Agathias VII, 568. Philippus IX, 237 aliisque locis, fortasse etiam Crinagoras IX, 234. Ab Alexandrinorum arte haec licentia prorsus aliena. Hinc dubito de veritate coniecturae Lobeckii Paral. p. 111, 40 in versu Simmiae Rhodii. Eratosthenes autem apud Theodosium Dindorfii ad schol. Aristoph. ed. Lips. III, p. 418 non scripsit quod nuper coniectum est *ἐγγύθι δὲ προχοαὶ Λάδωνος ἔσαν ποταμοῖο*, sed *ποταμοῦ Λάδωνος ἔασιν*. Nec Antimachi versus apud Schol. Apollonii Rh. I, 1008 recte emendatus est, *ἠΰτε τις καύηξ δύπτησιν ἐς ἁλμυρὸν ὕδωρ*. Legendum *δύπτης εἰς ἁλμυρὸν ὕδωρ*.

LXVIII. Vs. 2 ineptum est si quid video *χὠ λοιπὸς μυρίος εἰς Ἀΐδην*, quo humana vita in immensum extendi diceretur. Legendum videtur *εἰν Ἀΐδῃ*. Sextum carminis versum excipit in cod. distichon quod n. LXIX exhibui. Reliquos decem versus, qui nec ipsi bene cum prioribus coeunt et ex diversis carminibus conflati videntur, Jacobsius ludificandi lectoris caussa compositos esse existimat. Vereor ut iusta de causa; nec dubito quin sagacioribus contingat ut emendatis quae corrupta sunt omnia in clara luce ponantur. Vs. 7 cod. *ὤνθρωπε*. Scripsi *ὤνθρωποι*. Jacobsius servata cod. lectione cum Salmasio edidit *ἀπηκριβωμένος*. Vs. 8 vide an fuerit *ἁρμονίης ὑψοῦσθ' ἠέρα κεὶς νεφέλας*, tollite vos in altos nubium tractus. Sequentia multis modis corrupta sunt. Vs. 11 *ψαλάθριον* quid sit, intelligetur fortasse, si quis veram rationem nominis *ψαλάκανθα* explanaverit. V. Fragm. Comic. graec. III, p. 219. Vs. 12 cod. *πολλῶν*. Scripsi *πολλῷ*. Jacobsius *πολλόν*. Quod sequitur *ἀραχναίου* corruptum videtur. Ib. *σκελέτου* scripsi pro *σκελετοῦ*. Vs. 13

ἠοῦν

ἤουν Jacobsius. Cod. ἢ οὖν. Vs. 15 cod. τούτου σωι. Non expedio. Reliqua intelligerem, si ita scripta essent: μεμνημένος, ἄχρις ὁμιλῇς ζωοῖς, ἐξ οἵης ἡρμόνισαι καλάμης.

LXXI. Nomen *Πραταλίδας* fuit qui corruptum esse putaret. Iniuria; a *Πρᾶτος* enim vel *Πρῶτος*, cuius nominis duo vel tria exempla suppeditat Corpus Inscriptionum *), recte formari potuit *Πράταλος*, ut a *Σῖμος* formatur *Σίμαλος*. Vide quae ad Epigr. CVII, 1 dixi. Lacunam Jacobsius ita explebat: χθόνιοι Μίνωϊ τὸν ἄνδρα τοῦτον Κρηταιεῖ, praeeunte Brunckio nisi quod is Μίνωϊ πάρεδρον scribebat. Minoem si memoravit poeta, haud paullo probabilius coniicias: χθόνιοι θεοί, εὖ παρὰ Μίνῳ τοῦτον Κρηταιεῖ. Magis tamen placeret χθόνιοι θεοί, εὖ γε Θαλήτᾳ τοῦτον Κρηταιεῖ Κρῆτα παρῳκίσατε. Thaletam Cretensem poetam nemo ignorat.

LXXII. Hoc carmen in cod. cum praecedente coniunctum primus seiunxit Brunckius. Vs. 1 παιδεῖον Brunckius ex marg. cod. ubi est γρ. πραταλίδα παιδίον ὅσα προτερήματα εἶχεν ἐκ φύσεως. In textu cod. post *Πραταλίδα* lacuna est. Vs. 4 ἆρχε pro ἄρχε Brunckius.

LXXIII. Vs. 3 cod. κατὰ πρηνώσαο, ut dubitari possit an non potius κατὰ πρηνώσαο πόντου scribendum sit. Leonidas infra Epigr. LXXXI, 4 ὦσαν Τιμόλυτον καθ' ἁλός. Praeterea mihi suspecta est forma πρηνῶσαι, pro quo fortasse reponendum πρηνίξαο. Vs. 7

*) *Πρώτη* mulieris nomen est apud Crinagoram Anth. Pal. V, 108. navis in titulo Attico apud Boeckh. Urkunden etc. p. 293. *Πρωτίς* Pleiadis nomen apud Schol. Theocrit. XIII, 25.

revocavi ex cod. *κεκλαυμένον*, quod mihi quidem satis aptum videtur sepulcri epitheton, quemadmodum passim *τύμβος* dicitur *πολύκλαυτος*. Vid. Boeckh. ad Corp. Inscr. Vol. II, p. 164. Non ferri potest nec quod Brunckius edidit ex Plan. *κεκλαυμένου*, nec quod Jacobsius coniicit *κεκλυσμένον*. Pro *κενὸν* cod. *κενεόν*.

LXXIV. Append. Plan. ed. Steph. p. 517 Theocrito tribuit. Vs. 3 non puto ferri posse *πολλῆς*, quod de augusta patria interpretatur Jacobsius. Ingeniose Heinsius tentabat *βώλου*. Quae alii tentarunt vix operae pretium est referre.

LXXV. Vs. 3 hiatum *πνοιὴ ἅμα* tollit Jacobsii correctio *πνοιή ϑ' ἅμα κῦμά τε ναύτας*. Sed etiam sententia displicet, qua tempestas simul Promachum perdidisse et unda nautas in mare deiecisse dicitur; ubi Promachus non recte nautis opponitur. Nihil desiderabitur si scripseris:

ὤλεσε' καὶ Προμάχον πνοιὴ νέα, κῦμα δὲ ναύτας
ἀϑρόον ἐς κοίλην ἐστυφέλιξεν ἅλα.

Quae iam optime et inter se et cum praecedentibus coeunt. Promachus nauclerus et ipse unus fuit nautarum. Vs. 4 recte Jacobsius tuetur *κοίλην ἅλα*, pro quo Brunckius *πολιὴν ἅλα* volebat. V. Wernickium ad Thryph. p. 222.

LXXVI. Non credibile est Leonidam, praesertim in tam brevi carmine, ultimam in *Τέλληνος* ante *ὅδε* produxisse. Poeta scripsit sine dubio *Τέλληνος μὲν ὁ τύμβος*. Sequentia exhibui ut in cod. leguntur. In corruptis verbis *ὑπὸ βώλεω* latet adiectivum ad *πρέσβυν* referendum, e. c. *ὑϑλώδεα*, nugacem. Vs. 2 *πρᾶτον* scripsi ex cod. pro *πρῶτον*. De Tellene v. Hist. Com. graec. p. 38.

LXXVII. Vs. 1 *μ' ἠῷον ἀνώσατο* cod. Correxit Toupius. Vs. 4 *ἄγχι θυρῶν* Reiskius. Cod. *ἀγχίθυρον*. Vs. 6 *σὺν χάρισιν* Brunckius. Cod. *τὸν χάρισιν*. Ibid. *δόλιχον* scripsi pro *δολιχόν*, et vs. 6 *ἢ* pro *ἡ*, quod ferri non potest, quoniam tertium opificii genus, quod vetula exercebat, commemoratur. Participium *δινευμένη*, quod ad reciprocos texentis muliereulae motus spectat, et *στογγύλλουσα* pendet ab *ἤεισεν*. Pro *ῥικνὴ* fortasse *ῥικνῇ* scribendum, id ut cum *χειρὶ* coniungatur. Minus bene Brunckius *ῥικνήν*. Neque melius idem vs. 8 sequente Jacobsio scripsit *ἱμερόεσσα*, quod mihi quidem permirum octogenariae vetulae epitheton videtur. Cod. *ἡμερόεσσα*. Scribendum igitur suspicor *ἡ μορόεσσα*, aerumnosa. Ceterum hoc poemation in cod. Pal. in duo carmina divisum est, quorum alterum orditur a versu septimo cum epigraphe: *τοῦ αὐτοῦ Λεωνίδα εἰς τὴν αὐτὴν Πλατθίδα τὴν ὀγδοηκοντούτην*. Unum et integrum carmen esse dudum critici perspexere.

LXXVIII. Vs. 1 legebatur *ὡς* et *αὐτῷ*, pro quo *αὔῳ* scripsi. V. ad Epigr. LXVII. Ordo verborum hic est, *ὡς ἄμπελος αὔῳ σκηπανίῳ κάμακι* (i. e. *ὥσπερ κάμακι*) *στηρίζομαι*. Pro *κάμακι*, quod Reiskio debetur, cod. *καμάτῳ*, in lemmate vero *καμακω* (sic). Vs. 3 et 4 Jacobsius revocavit cod. lectionem *ἢ τρεῖς* et *θάλψαι*, ad *θάλψαι* subaudiens *σεαυτόν*, assentiente Lobeckio ad Sophoclis Ai. p. 197 not. 4. Sed haereo in sententia verborum: quid prodest utrum tres an quattuor annos vivas? Expectabam, si tres quattuorve annos supervivas. Id enim summum erat, quod adhuc sperare potuit senex longaevus. Itaque Brunckii lectionem sequutus sum. Praeterea re-

9*

quiro ἔτι. Scribendum videtur τί τοι χαριέστερον, εἰ τρεῖς ἢ τέτορας ποίας θάλψῃ ἔτ' ἠελίῳ;

LXXIX. Vs. 3 cod. λύσθος. Suidas λοῖσθος. Plan. Λυδός. Vs. 4 ἄχθος Welckerus Fragm. Alcm. p. 4 de servitutis onere, Jacobsius de vitae onere intelligit. Quorum neutrum probari posse videtur. Wyttenbachius tentabat Λυδῶν ἄχθος. Sed vereor ne hic plura turbata sint. Non displiceret, si scripsisset poeta εἴθ' ὅγε Λυδῶν λοῖσθος ἀποβρίξας οἴχεται εἰς Ἀΐδην, sive ille Spartam habuit patriam, sive Lydorum ultimus ad inferos descendit. Notum est proverbium ἔσχατος Μυσῶν. Ἀποβρίξαι autem de mortuis aeque bene dicitur quam ἀποκοιμηθῆναι, quod plus semel in Anthologia legitur. Cfr. Callimachi Epigr. XVII, 3.

LXXX. Cod. Λεωνίδα. οἱ δὲ Μελεάγρου. Vs. 2 cod. Ἥρινναν, ut in Asclepiad. Epigr. XXXIV, 1 et apud Christod. Ecphr. 108. Neque ea scribendi ratio temere damnanda est. Ut enim a κόρη fit Κόριννα, Ἄρπιννα ab ἅρπη, ita ab Ἥρα recte formatur Ἥριννα. Sed quemadmodum Aeolenses in multis nominibus leni spiritu usi sunt, ita etiam dixisse videntur Ἤρα et Ἤριννα.

LXXXII. Vs. 1 ὀλιγήριον cum perperam alii pro substantivo habuissent, Jacobsius id pro ὀλιγηρὲς dictum credidit. Immo ὀλιγήριον σῆμα est σῆμα ὀλίγον ἠρίον ἔχον. Vs. 3 cod. εἰ omittit, habet Planudes. Vs. 4 ἦν Pal. ᾗ Jacobsius. Brunckius αἷς. Legendum potius ἥν ποτ' ἐγὼ δήϊον Ἀλκιμένης. Verbo δηΐω pro δηϊόω usus est Apollon. Rhod. III, 1374 ἀλλήλους βρυχηδὸν ἐδήϊον. Hesychius, Δηΐων: διακόπτων. Idem verbum recte mihi agnovisse videor in Niciae carmine Anthol. Pal. VI, 122 ἐν προμάχοις ἱδρύ-

σας (leg. *'Οδρύσας*) *δήϊον ἀμπεδίον.* De quo versu vide quae infra dixi ad Niciae Epigr. I, 4. Ac fortasse etiam Antiphilus Anth. Pal. IX, 551 scripsit *ἐκδηΐων κόχλους καὶ βρύον.* Corrupta lectio *δήϊος* in causa fuit, ut cod. Pal. librarius *εἰς μαχητὴν* hoc carmen scriptum putaret.

LXXXIV. Vs. 3 *ἀρεσκομένου* Jacobsius. *ἀρεσκόμενον* cod. Vs. 4 cod. *πολλῶν δὲ μνήμῃ.* Correxit Scaliger. Vs. 6 et 7 ex Plan. accesserunt. Eorum primum ab ipso Planude factum esse recte statuit Jacobsius. Vs. 8 cod. Pal. *ἰθὺν ἐκείνην.* Plan. *ἰθῦναι κοινήν.* Sequutus sum Jacobsium. Pro *λαλιὴν* cod. *λασίην.* Vs. 9 pro *καὶ* Jacobsius *κεὶν* vel *κὴν.* Cod. *κέν.* Verba *ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι* in eadem versus parte posuit Hesiodus Opp. 225 *οἵ τε δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσιν.*

LXXXIX. Vs. 6 pro *οἰχεῦμαι*, quod nihil est, scripsi *οἴχημαι.* Atque ita iam Planudes. Pal. *οἴχευμαι.*

XC. Vs. 2 recte cod. *ἰχθυσιληϊστῆρα*, ut *ἀφροσιβόμβαξ* apud Timonem Diogenis Laert. II, 126, *ὑδασιστεγὴς* apud Philippum Anth. Pal. VI, 90 et multa eiusdem generis alia, de quibus egit Lobeckius ad Phryn. p. 687. In *χηραμοδύτης*, pro quo fuit qui *χηραμοδύπτην* scribendum censeret, recte penultima producitur. Vid. Lobeckius Paralip. p. 432. Vs. 9 *τοῦτ' οὐ* Jacobsius. Cod. *τούτου.* Brunck. *τῷδ' οὐ.*

XCI. Vs. 1 Jacobsius pro *ἀρχαίης* coniicit *ἀκταίης.* Phinto, cuius sepulcrum compellat poeta, cum Hermionensis fuerit, scribendum suspicor *'Αργείης ὦ θινὸς ἐπεστηλωμένον ἄχθος.* Cui non repugnat quod apud Hegesippum Anth. Pal. VII, 446 Zoilus Hermionensis in Argivorum agro sepultus *ἐν ἀλλοδαπῶν τεθαμμένος* dicitur.

XCII. Vs. 1 cod. *ἐπάκτειος*. Brunckius *ἐπακταῖος*. Jacobsius *ἐπάκτιος ὡς*. Bene Brunckius. Nisi malis *ἐπακτίδιος* cum Lobeckio. Vs. 5 *ἄγρης ἐκ πρώτης*. Primam quam dicat capturam non intelligo. Legendum videtur *ἄγρης ἐκ πρῴης*, matutina captura. Saepissime enim poetae epigrammatarii accurate tempus indicant quo is, cuius mememoriam celebrant, perierit. Vs. 12 sequutus sum Scaligeri emendationem. Vulgo *γρίπωνος γριπεύς*.

XCIII. Vs. 2 cod. *Θρασὺς* et Vs. 11 *Θράσυος*. Plan. *Θάρσυς* et *Θάρσυος*. Brunckius et Jacobsius *Θρᾶσις* et *Θράσιδος*. Ac sane *Θράσιδος*, genitivo casu, habemus apud Pausan. El. III, 4. Sed hoc nomen *Θράσις* scribendum esse et non secus ac *Θράσυς* primam corripere, et analogia docet et Minervae cognomen *Θρασὼ* ostendit apud Lycophr. Cass. 936. Itaque *Θάρσυς* et *Θάρσυος* scribendum erat, ut Plan. habet. Nomen *Θράσυς* habemus in titulo apud Boeckh. vol. I, p. 816 n. 1690, 13. Vs. 4 *ῥώνιον* cod. *Ἰόνιον* Plan. Vs. 7 *εὖ μέγα* pro *εὔμεγα* Schaeferus. Cfr. Lobeck. Paral. p. 221. Vs. 8 cod. *ἀπ' ἔβροξεν*. Plan. *ἀπέβρυξεν*. Jacobsius *ἀπέβρωξεν*, qui recte de his formis statuit ad Anth. Pal. IX, 1. 4. Adde Lobeckium ad Buttm. Gram. mai. II, p. 129.

XCIV. Vs. 4 pro *Φιλλεὺς* Scaliger *Φυλλεύς*. Sed id gentile est ab urbe Macedoniae *Φύλλος* vel *Φυλλοῦς*. Nam *Φυλλίδης* in titulo apud Boeckh. Corp. Inscr. n. 1690, 3 est a *Φύλλις* *), ut *Φιλλίδας* n. 1514

---

*) Suidas, *Φυλλίς, ἡ τοῦ δένδρου. καὶ Φύλλης ὁ μουσικός.* Scribendum *Φύλλις*, ut idem scriptor vocatur a Suida v. *σκολιόν*. Aliis fortasse rectius dicitur *Φίλλις*, ut constanter scribitur apud Athenaeum. Apud Schol. Dionysii Thrac. p. 783 *Πυθόδωρος δὲ [ὡς] ἐν τῷ περὶ στοιχείων ἀφιλητῖς ὁ Δήλιος ἐν τῷ περὶ χρόνων πρὸ*

a *Φίλλις*, quod nomen non recte *Φιλλὶς* scriptum est in epigr. Persae Anth. Pal. VII, 501. Itaque in nostro loco *Φυλλεὺς* scribendum videtur, quod nomen, ut multa alia heroica nomina, in vitam communem abiisse docet Pausan. IV, 13.

XCV. Vs. 3 nonnihil offensionis habet quod ex Brunckii coniectura editum est *ὁ καὶ τοκέων καταβαΰξας*. Valde enim mihi suspecta est bisyllaba verbi *βαΰζω* forma, cuius quod exemplum affertur ex Sophrone apud Tzetzen ad Lycophr. 77 *ὁ γὰρ κύων βαύξας λύει τὰ φάρμακα*, eo nihil efficitur. Sophron enim, qui nullis usus est iambicis trimetris, scripsit *βαΰξας*, ut recte habent editt. vett. Atque ita etiam apud Hesychium scribendum, ubi nunc editur, *Βαύζειν: ὑλακτεῖν.* In Leonidae loco cod. habet *ὁ καὶ τοκέων ειαβαΰξας*, in quo vide an lateat *ὁ καὶ τοκέ' αἰνὰ βαΰξας*, qui vel patri maledixit.

XCVI. Vs. 2 *ἐμβατέοντες* explicat Jacobsius qui oves ad pascua ducentes in hos colles erigitis. At verbum *ἐμβατεῖν* non habet vim transitivam. Nec de pastoribus oves ineuntibus cogitari potest, quod nec res ipsa patitur (*αἰγιβάτας* enim pastores probe novimus, *οἰοβάτας* non item), et ab huius carminis indole prorsus abhorret. Scripsi igitur *εὐβοτέοντες*, pascentes. Quo verbo, quamquam sensu paulum diverso, usus est Strabo XI, p. 500, ubi habes *πεδία εὐβοτούμενα*.

XCIX. Cod. *τοῦ αὐτοῦ*. Praecedit Leonidae nostri epigr. LXXXI. Inter Leonidae Alexandrini epi-

---

Κάδμου Δαναὸν μετακομίσαι αὐτὰ (τὰ γράμματα) φασίν, scribendum *καὶ Φίλλις ὁ Δήλιος*, cuius scriptio *περὶ χρόνων* aliunde mihi quidem non innotuit.

grammata edidit Brunck. Anal. II, 198. Vs. 4 cod. γνὼ σουϑ' Ἀλκάνδρωι. Scaliger Ἀλκάνδρου. Obscurum locum et corruptum non expedio.

C. Leonidae Tarentino assignat Pal., Theocrito Planudes, cuius inter epigrammata receptum est. Vs. 4 χυμνοϑέτης corruptum videtur. Ib. δαιμονίοις Pal. Vs. 5 revocavi cod. lectionem ἔχει, quae videtur ferri posse. Auratus ἐπέοικε τύχεν, quod Brunckius et Jacobsius sequuti sunt. Verbe τεϑνεὼς ὁ σοφιστὴς in editt. Theocriti recte cum praecedentibus coniunguntur. Jacobsius τύχεν· τεϑνεὼς ὁ σοφιστὴς καίπερ etc.

CII. Vs. 3 Pal. ἀϑροα omisso accentu, de quo in utramque partem a grammaticis disputatum esse constat. Plan. ἀϑρόα. Scripsi ἁϑρόα spiritu aspero, ut apud Homerum voluit Aristarchus et Platoni ex libris fere restituit Bekkerus, e. c. Tim. p. 64 *d.* Polit. p. 294 *e.* Legg. p. 849 *d.* Cfr. Spitzner ad Il. 14, 38 et Goettling de Acc. p. 296. Recte Jacobsius explicat f i r m a e t c o m p a c t a m e m b r a. Vs. 7 ϑὴρ μείνας Pal. δὴ μείνας Plan. δειμήνας Canterus, ϑερμήνας Jacobsius, ϑὴρ μείνας διανύκτιος Brunckius. Quod ceteris simplicius est. Ipse suspicabar χεῖμα δ' ἄφαρ μείνας ϑὴρ νύκτιος, ut ἄφαρ cum sequentibus iungatur. Vs. 8 cod. οἴχετ' ἐπ' αὐλόσυνος. Correxit Planudes. Vs. 9 οἱ δὲ Jacobsius. εὖ δὲ cod.

CIV. Vs. 2 verba πολλῆς ἡλικίης προτέρη Jacobsius explicat d i u a n t e q u a m p e r n a t u r a e l e g e s e i m o r i e n d u m e s s e t. Quod ex graecis verbis vix efficias. Suspicabar πολλῷ γ' ἡλικίης προτέρη, d i u a n t e q u a m a d o l e v i s s e t. Si sana est codicis lectio, sensum esse crediderim πολλῶν ἡλίκων προτέρη. Vs. 5 cod. Περιστερή.

CV. Cod. τοῦ αὐτοῦ. Praecedit Leonidae epigramma superius. Quo iure inter Theocritea receptum sit nescio. Vs. 1 cod. Θράσσᾳ. Vs. 3 cod. ἀντεκείνων. Vs. 4 cod. τιμᾶν ἔτι χρησίμα τελευτᾶ. Theocriti editiones τί μήν; ἔτι χρησίμα καλεῖται. Scripsi ὅτι χρησίμα suasu Hermanni.

CVI. Pal. ἄλλο. Idem ad proximum epigramma, quod nobis est n. 75, adscriptum habet lemma: τοῦ αὐτοῦ Λεωνίδου. Vs. 5 Pal. ἐγένετο.

CVII. Vs. 1 scripsi ᾡ'γινόμοι (οἱ αἰγινόμοι) Σώσων. Cod. ὠγινόμοι Σώτων, quod num graecum nomen fuerit vehementer dubito. De nomine Σίμαλος iniuria dubitabat Jacobsius. Exempla vide in titulis apud Boeckh. Corp. II, p. 702. n. 3140, 40. p. 704. n. 3141, 10 et apud Anacreontem Hephaest. p. 101 ed. Gaisf. Nonnisi forma differt ab usitatiore Σῖμος. Cfr. ad Leonidae Epigr. LXXI. Tzetzes Posthom. 377 eodem vocabulo adiective pro σιμὸς usus est, antiquiorum puto poetarum exemplum sequutus. Vs. 2 cod. ἄξενε. Jacobsius ὦ ξένε. Scripsi ἆ ξένε. Ita enim frequenter poetae epigrammatarii, etiam ubi nullus admirationi vel dolori locus est, e. c. Anth. Plan. ed. Jac. IV, 211 ἀτηρῆς ἆ τέκος Ἀφρογενοῦς. Dioscorides Epigr. XIII, 9 ἆ πρόπατορ Ζεῦ. Ipse Leonidas Epigr. LIV, 2 ταύταν ἆ φίλος αἰγίβοσιν. Cfr. Rhianus Epigr. IV, 6. Tum cod. παρολκίδαν. In ολκιδαν quid lateat non dubito quin acutiores reperturi sint. Jacobsius tentabat ῥαχάδων. Vocabulum βαθύσχινος, quod aptissimum locorum, in quibus caprae pascuntur, epitheton esse Eupolis Capr. I, 4 et Theocrit. V, 128 docent, ab editoribus Thesauri L. G. omissum est.

CVIII. Vs. 1 Δώρου γένος Nymphae vocari po-

tuerunt Phoeniciae a Doro, Neptuni filio, Dori urbis conditore. V. Stephan. Byz. v. *Δῶρος*. At fortasse *Δώτου* scribendum, ut Nymphae compellentur Thessalicae. V. Stephan. Byz. v. *Δώτιον*. Vs. 2 cod. *ἐπεσσόμεναι*.

NICIAS MILESIUS.

I. Vs. 4 cod. scripturam *ἐν προμάχοις ἱδρύσας δήϊον ἀμπεδίον* multis modis corrigere conati sunt critici. Alios ut mittam, Brunckius edidit *ἴθυσ' ἐν προμάχοις δήϊον*. Jacobsius tentavit *ἐν προμάχοισιν ἔθυσ' ἀμπεδίον δήϊον*, et in Add. p. XLI *δήϊον ἐν προμάχοις ἔθρισας ἀμπεδίον*. Equidem vereor ne aliud quid dixerit poeta quam viri docti suspicantur. Primum illud non dubitari potest, quin hastam poeta ipsam loquentem et ad ea, quae superiore disticho interrogata erat, respondentem induxerit. Itaque necessario requiritur prima persona; neque eam coniectura inferre opus est, sed habemus in *δήϊον*, de quo verbo vide quae supra ad Leonid. Tar. LXXX, 4 dicta sunt. Hoc si verum est, consequitur in *ἱδρύσας* latere hostilis populi nomen, contra quem Menius pugnaverat. Is vero vix alius esse potest quam populus Odrysarum. Itaque scribendum *ἐν προμάχοις Ὀδρύσας δήϊον ἀμπεδίον*. Menium autem illum Philippi, Demetrii filii, fuisse militem suspicor, cuius de Odrysis victoriam celebrat poeta anonymus Anth. Plan. apud Jacobsium vol. II, pag. 626:

Εἰνοδία τὰ λάφυρα κατὰ θρασέος Κιροάδα
καὶ τέκνων καὶ ὅλας γᾶς ἔθετ' Ὀδρυσίδος
υἱὸς ἐϋμμελία Δαματρίου· ἁ δὲ Φιλίππου
δόξα πάλαι θείων ἄγχι βέβακε θρόνων.

Eiusdem Philippi contra Dardanos, finitimam Odrysis gentem, expeditio memoratur a pluribus, quorum testimonia collegit Jacobsius Amimadv. ad Anal. II, 1 p. 27. Hanc coniecturam si quis eo convelli existimet, quod non probabile esse videatur, Niciam Milesium, Theocriti aequalem, Philippi aetatem attigisse, nihil impedio quo minus Menius Iphicratis miles fuisse statuatur, de cuius expeditionibus contra Odrysas susceptis vide Polyaenum Strat. III, 8, 60 — 62, ubi bis vitiose *'Οδρυσαῖοι* scriptum est pro *'Οδρύσαι*.

III. Vs. 1 cod. *ἀμφαρέτρις*. Brunckius cum Salmasio edidit *Δαμαρέτας*. Jacobsio in primis literis adiectivum *ἁβρὰ* latere videtur. Non puto; nec dubito quin verum sit *'Αμφαρέτας*, quod nomen satis tuetur comparatio similium, v. c. *'Αμφιμένης*, *'Αμφίμαχος* etc. Ibid. *καλύπρα* scripsi pro *καλύπτρη*. Vs. 3 cod. *ὡσσὲ μετ' εὐχωλαῖς*. Brunckius et Jacobsius *ἅ σε μετ' εὐχωλᾶς*. Revocavi cod. scripturam *ὡς σὲ μετ' εὐχωλαῖς*. Coniunge *ὥς σε μετεκαλέσσατο εὐχωλαῖς*. In fine versus *οἱ* Reiskio debetur. Cod. *τοι*.

IV. Vs. 3 cod. *μνᾶσε*. Plan. *μνᾶσαι*. Tum *τὰν* Jacobsius, forsan recte. Ib. *ἐπὶ Γίλλῳ* Plan. *ἐπιγείλλῳ* cod. Pal. ex quo hoc certe discimus, nomen illud non *Γίλλος*, sed *Γῖλλος* scribendum esse.

V. Vs. 3 necessario scribendum erat *ἀμάρακον* pro *ἀμάρατον*. Vidit iam J. G. Schneiderus.

VII. Vs. 1 *αἰόλον ἔαρ* de vere vario et floribus picto intelligit Jacobsius. Fortasse recte, quamquam multo aptius, ut mihi quidem videtur, scripsisset poeta *αἰόλα ἱμεροθαλὲς ἔαρ φαίνουσα μέλισσα*. Quod aptissimum agilis apis epitheton est. Video nunc idem voluisse Brunckium, sed male scripsit *αἰόλε*. Vs. 2

ἐφ' ὡραίοις Plan. ἐσφορέους Pal. sed in marg. ῥωραίοις. Vs. 3 ἀδύπνοον Jacobsius in notis pro ἡδύπνοον. Ib. cod. τιθεύσω. Plan. τίθεσσο.

VIII. Vs. 1 ὑπ' ὄρπακα Pal. ὑπὸ πλάκα Plan. quod nihil est. In ὄρπακα quid lateat forsan alii eruent: quin corruptum sit non dubito. Quae Jacobsius affert ex epigrammatariis poetis vitiosae mensurae exempla, ea ex pessimis fere poetis petita sunt. Accedit quod ὄρπηξ et κλὼν vix inter se differunt. Vs. 3 cod. ἀρεάν. Plan. ἀραιάν, quod neque ad prosodicas leges neque ad sententiam aptum est. Quod enim Homerus Veneri χεῖρα ἀραιὴν tribuit, id nihil ad nostrum locum facere apertum est.

IX. Non Niciae, sed Nicaearchi poemation esse probabilis est coniectura Jacobsii. Vs. 2 cod. ὠιόν. Vulgo ὠόν. Vs. 3 ἐπόησε pro ἐβόησε Brunckius praeeunte Anonymo, qui ἐποίησε.

DIOTIMUS MILESIUS.

Patriae notationem suggessit cod. Pal. qui habet Διοτίμου Μιλησίου. Vs. 1 recte cod. φίλη θρέπτειρα. Jacobsius requirebat φίλης θρέπτειρα. Debuisse enim poetam dicere, cuius nutricem alloqueretur. At puella, quae nullam dum consuetudinem cum adolescente, qui eius vestigia sequebatur, habuerat, huius φίλη vix recte dici potuit. Expressit poeta Homericum φίλη τροφός. Accedit quod μαῖα, τροφός, τιτθή et similia in blanditiis habendae sunt, quibus utebantur etiam ii qui illarum alumni non essent. Vs. 2 merito haeret Jacobsius in δίς τόσον, pro quo δύσμορον coniecit. Fortasse lenius corrigas δὴ τόσον. Vs. 4 puellae ve-

stigia legentem sese poeta iter eius minime turbare dicit. Non credo hic quidquam corruptum esse.

DIOTIMUS ATHENIENSIS.

Patriae indicium accessit ex cod. Pal. *Διοτίμου Ἀθηναίου τοῦ Διοπείθους*. Auctor igitur huius carminis fortasse idem ille Diotimus, Diopithis filius, cui Lycurgum oratorem honores decrevisse tradit Plutarchus dec. orat. p. 844. Vs. 2 cod. *Λέσβον'*. Ita etiam in epigraphe *εἰς Λέσβονα*. Ac sane insolens viri nomen est *Λέσβος*. Urbium terrarumque nomina feminis imposita fuisse pluribus exemplis cognoscitur, viris, si recte memini, nullis. Neque eius rei ratio obscura est. Frustra obvertas *Κόρινθος* et *Κήρινθος* a Car. Keilio Specim. Onomatol. graec. p. 93 memorata et alia id genus complura. Ea enim heroum fuere nomina, a quibus ipsis illae urbes denominatae sunt. Quem poetam *Σάμον* vocat Polybius V, 9 et XXIV, 8. eum rectius Plutarchus Puer. educ. p. 52 *c* et Meleager Carm. I, 14 *Σάμιον* appellant. Quam nominis huius formam alteri posthabuit Reiskius, parum apte comparans *Ἴστρος* et *Νεῖλος*. Ne *Καύκασος* quidem viri nomen fuisse credo apud Photium Lex. p. 221, 8. quod in *Καύκαλος* mutandum videtur, qui fuit Theopompi historici frater. V. Athen. X, p. 412 *b*. Itaque in Diotimi loco codicis lectionem revocandam existimo. Penultimae syllabae correptionem, *Λέσβονα* pro *Λέσβωνα*, satis tuetur simillimum exemplum nominis *Νάρων*, quod *Νάρονος* contra usum formavit Nicander Ther. 607 *Δρίλων καὶ Νάρονος ὄχθῃ*. Choeroboscus Bekk. Anecd. p. 1401 *Νάρων*, *Νάρωνος*, *πο-*

ταμός· τὸ γὰρ Νάρονος (*παρ'*) *ὄχθας παρὰ Νικάνδρῳ διὰ τὸ μέτρον συνεστάλη τὸ ῶ εἰς ō.* Vs. 3 Grotius vertit Lesbum praecipuo quem rex ardebat amore. Casaubonus tentabat *καὶ μέλ' Ἔρωτι*, cui posthabendum quod coniecit Jacobsius *καὶ μέγ' ἀρέσκων*, qui regem comitabatur multum ei carus. At *συντρέχειν* vereor ut recte intellexerint viri docti. Sensus esse videtur: Persarum regem felicitate aequavit, sive ut Horatii verbis dicam, Persarum viguit rege beatior. Hanc enim vim passim habere constat *βασιλεύς*, omisso articulo. De *συντρέχειν* dixi ad Comic. graec. III, p. 382. Reliqua, *καὶ μετ' Ἐρώτων*, leniter correcta fortasse in hunc modum cum sequentibus iungenda sunt:

ὅς ποτε καὶ βασιλῆϊ συνέδραμε. ναὶ μετ' Ἐρώτων
χαίρετε κουφόταται δαίμονες ἀθανάτων.

Spem et Amores immortalium levissimos esse dicit. Vs. 5 cod. *οἵ σ'*. Plan. *οἵ σ'*. Scripsit sine dubio poeta: *αὐλοὶ δ' ἄφθεγκτοι καὶ ἀπευθέες οἵδ' ἐνέπουσι κεῖσθαι*, tibiae illae (in sepulcro positae) mutas et inglorias se iacere indicant. Quod vulgo legitur sensu cassum est. Vs. 6 cod. *ἐπεὶ οὔθ' ἱερὸς οἶδ' Ἀχέρων.* Mutilum versum alii aliter, sed nulla cum probabilitate supplere conati sunt. Pxoxime vero unus Jacobsius in Addendis tentavit: *οὐ θιάσους ἀλλ' ἄχε' οἶδ' Ἀχέρων.* Quo adiutus scripsi *ἐπεὶ οὐ θιάσους ἱερὸς οἶδ' Ἀχέρων.* Nam *ἱερὸς* cur pro corrupto habeatur nil caussae est.

DIOTIMUS.

Quae sequuntur epigrammata, cum Diotimo non addita patriae significatione tribuantur, incertum est

Milesio an Atheniensi an denique, quae Schneideri sententia fuit, Adramytteno assignanda sint. Nam Andramyttenus etiam Diotimus memoratur, Arati aequalis, Stephan. Byz. v. *Γάργαρα* et Macrob. Sat. V, 20. idem fortasse cuius Heracleam novimus, v. Jacobs. Catal. poet. Anth. p. 888 et Th. Bergk. Comment. de Ant. Com. p. 24. Interim adespota haec epigrammata a praecedentibus separavi, Brunckio uni eidemque Diotimo omnia assignante.

I. Vs. 1. *Παλλάς*, *Παλλάδος*, non virorum, sed mulierum nomen est. Vide Welckerum Syll. Epigr. p. 166 et C. Keilium specim. Onomat. p. 22. Fortasse igitur *Πόλλιδος* legendum, ut voluit Reiskius *). Sed praestat opinor *ἐπ' Ἀπολλάδος*, cuius nominis plura extant exempla. Eiusdem generis est *Μηνάς*, *άδος*, *Φιλωνάς*, *άδος*, *Λεοντάς*, *άδος*. V. Boeckh. Corp. Inscr. vol. II, p. 705 et 748. Vs. 3 cod. *αὐτῷ καὶ γενεῇ τὸ πόρ' εὐμαρές*. Jacobsius *αὐτῷ καὶ γενεῇ· τό σοι εὐμαρές*. Scribendum erat *αὐτῷ καὶ γενεῇ*, *τόπερ εὐμαρές*, vel *τὸ γὰρ εὐμαρές*. Vs. 5 Jacobsius tentat *τοῦτ' ἄνα καὶ Χαρίτεσσι* i. e. *ἀνὰ τοῦτο ἄλσος*. Vereor ne vitium loci in *θεούσαις* lateat, quod etiam per se parum decore de Gratiis dicitur, et ad sententiam superfluum est. Scribendum videtur:

ἄλσος δ', Ἄρτεμι, τοῦτο καὶ ἂν Χαρίτεσσι θεουδὲς
εἴη ἐπ' ἀνθεμίδων σάμβαλα κοῦφα βαλεῖν.

Θεουδὲς de locorum sanctitate recte dici ostendunt exempla apud Buttmannum Lexil. I, p. 172.

II. Vs. 1 *Ὀμφάλη ἥ ποτε* Reiskius. Cod. *Ὀμφαλίη ποτέ*. Minus recte distinxit Jacobsius *τὸν Ὀμ-*

---

*) Pro Polis, quod statuarii nomen est apud Plinium H. N. XXXIV, 8, 19, scribendum Pollis i. e. *Πόλλις*.

φάλη, ἥ ποτε Λυδή. Coniungendum Ὀμφάλη Λύδη ἥ ποτε, antiqua illa Omphale. Vs. 2 καί ὡς τότε καὶ νῦν. Sensit vitium loci Gerhardus Lectt. Apollon. p. 229 καὶ ἐς τότε corrigens. Sed ἐς τότε pro τότε dici non credo. Suspicabar καθὼς τότε καὶ πάλιν, quemadmodum olim, ita rursus nunc. Sed ne hoc quidem placet. Ibidem forsan revocandum ex cod. ὡς νῦν, quandoquidem. Toupius et Jacobsius ὃς νῦν. Ceterum Omphalae cypassin, quem poeta in Dianae fano suspensum dicit, eommemorat etiam, ni fallit coniectura, Jon tragicus apud Polluc. VII, 60.

βραχὺς λίνου κύπασσις εἰς μηρὸν μέσον
ἐσταλμένος.

Quibus verbis Hercules describi videtur Omphalae tunica indutus. Proinde fragmentum illud ad Jonis Omphalen referendum est.

III. Vs. 1 εὖ δ' pro εἰ δ' scripsi cum Grotio et distinxi vs. 2 post θύγατρα. Pro χαλκὸς cod. χαλκεύς. Correxit Jacobsius in notis.

IV. Carmen hoc Diotimi sit an Callimachi nescio quo auctore dubitat scholiastes. Pal. Διτίμου. Plan. Διοτίμου. Vs. 2 Vulgo ἅδε. Plan. ἅτε. Scribendum erat ἅ τε. Vs. 3 Pal. χάλκεω et vs. 4 εἴσεται. Correxit Planudes.

V. Vs. 2 et 3 cod. Κληνώ. Salmasius Κλεινώ. Possis et Γληνώ, quod non differt a Γληνίς, quo nomine usus est Leonidas Tar. VIII, 2. Nihil tamen mutavi propter nomen Κληνίππα in titulo ap. Boeckh. C. J. vol. II, p. 43, n. 1934 et Κλῆνος p. 927, n. 3665, 22, ubi vitiose ΚΛΗΝΟΣ scriptum. Vs. 3 legebatur ἱερή, pro quo scripsi ἱέρη, quod pro ἱέρεια dictum est, ut Μαντίνη pro Μαντίνεια et alia id genus plura, de qui-

quibus vide ad Euphor. p. 64. Milesios non tantum ἱέρη dixisse sed etiam μελλιέρη et παριέρη pro μελλιέρεια et παριέρεια ex Plutarcho iam olim docui Quaest. scen. III. Quibus adde nunc titulum a Boeckhio editum Corp. Inscr. II, n. 2108 Ἀριστονίκη Δήμητρος ἱέρη. Quod Boeckhius p. 108 ἱερῇ scripsit. Vs. 4 cod. προπόλεως, quod divisim πρὸ πόλεως scriptum si cum Δήμητρι coniungas per se non ineptum esse docet Boeckhii annotatio Corp. Inscr. vol. II, p. 605. Sed dativus Δήμητρι non habet unde pendeat; itaque sequutus sum Jacobsium, qui sequentia ita intellexit, utramque octoginta annos vivendo implesse, sed alteram novem diebus post sororem obiisse. Quae sententia num ex graecis verbis effici possit subdubito. Mihi pro ἐπιλείπομεν scribendum videtur ἀπελείπομεν, ut utrisque novem dies ad octogenarium annorum numerum defuisse dicatur. Obierunt igitur eodem utraeque die. Vs. 6 cod. ἰσοσίῃ. Brunckius ἰσοβίοις. Jacobsius dubitanter εἰς ὁσίην. Suspicabar ἔσθ' ὁσίης. Vs. 8 ἀφικόμεθα Salmas. ἀνιάμεθα cod. in quo vide ne aliud lateat.

VI. Vs. 1 pro πολυπένθιμον cod. πολυπένθερον. Vs. 3 pro ἐφέστιον, quod minime aptum videtur, scribendum suspicor ἀφέστιον. Peregre enim Euagoras obiisse videtur; hinc uxor ἀν' εὐρείας ἦλθε βοῶσα πύλας. Favent correctioni nostrae etiam sequentia, in quibus Scyllis paternam domum non repetivisse dicitur. Nimirum eo se contulerat, ubi maritus obierat, ibique prae animi dolore exstincta est. Vs. 6 malim ὀλλυμένη.

VIII. Cod. Διοτίμου· οἱ δὲ Λεωνίδου. Vs. 1 cod. δειλαί. Recte Brunckius δείλης, propter Erycium, qui

10

idem argumentum tractat Anth. Pal. VII, 174 ὀψὲ βόες νιφετῷ σπερχόμεναι κατέβαν. Mox in cod. super ταῦλιον scriptum est ταῦλια, quod si genuinum est, pro αἱ βόες scribendum ταὶ βόες. Vs. 2 νειφόμεναι ex cod. revocavi pro νιφόμεναι.

IX. Vs. 2 cod. εἰ μέλλοι. Brunck. ἢ μέλλει. Jacobs. εἰ μέλλει. Quorum neutrum me intelligere fateor. Scribendum videtur ἢ μέλλοι, ne qua pariat, aut filii mortem videre sustineat, aut certe ἢ μέλλει. Praeterea forsan praestat μὴ τέκῃ.

HEGESIPPUS.

II. Vs. 3 εἵσατο Hermannus. Cod. ἕσσατο. Brunckius ἕσσατο, veste induit. Quod esse debebat ἕσσε, monente etiam Jacobsio. Verum videtur quod Hermannus voluit. Idem vs. 3 δέ οἱ αὐτά. Cod. γάρ οἱ αὐτᾶ. Vs. 4 cod. λύγα. Recepi certam emendationem Ruhnkenii.

III. Vs. 1 βροτέων haud dubie corruptum. Jacobsius tentabat βριαρῶν. Ipse suspicabar κρατέων (a κρατὺς) vel κρατερῶν, quod robustae manus epitheton est apud Pindarum. Vs. 2 ναῷ scripsi ex cod. Pal. Vulgo νηῷ. Ib. ὑπωροφία Brodaeus. Cod. ὑπορροφίας. De qua forma vereor ut recte statuat Schneidewinus Simon. p. 189.

IV. Vs. 2 Jacobsius πολυκλαύτου. Cod. πολύκλαυτον, lacrymis dignum. Quod minime ineptum. Vs. 3 cod. λοίμης. Correxit Dorvillius.

V. Vs. 2 ἐφεσσάμενος scripsi pro ἐπεσσάμενος.

VI. Vs. 6 cod. εἰς ἔριφον. Vs. 7 cod. πρὸς ξείνων. Correxit J. G. Schneiderus.

VII. Vs. 1 *ἀπὸ* scripsi, ut iam Casaubonus voluit. Vulgo *ἐπὶ*, quod ad sententiam parum accommodatum est.

VIII. Epigramma hoc Callimacho assignandum videtur, cui alterum distichon tribuit Plutarch. V. Anton. c. 70. Rari apud Plutarchum in scriptorum nominibus errores, in cod. Anthologiae frequentissimi. Vs. 3 *ἐσοικέω* cod. et Plut. *ἐνοικέω* Plan.

EUPHORIO CHALCIDENSIS.

I. Vs. 3 *οἱ* Brunckius pro *τοι*. Sequentia ita interpretatur Jacobsius: pro capillorum decore deposito aliud ei contingat decus, hedera Atheniensis, doctarum praemia frontium. Atqui illud aliud de suo addidit vir egregius; neque *κάλλος* sic ut hoc loco unquam de ornamento vel decore dicitur. Brunckius Toupii coniecturam sequutus edidit *κάλλος ἐπείη ὡς Χαρνῆθεν ἀεὶ κισσὸς ἀεξόμενον.* Sed *Χαρναὶ* pro *Ἀχαρναί* ne Euphorio quidem dicere ausus fuerit. Probabilius corrigas *καλὸς* pro *κάλλος*. Sed verum est haud dubie:

ἀντὶ δέ οἱ πλοκαμῖδος, Ἑκήβολε, κάλλος ἐπείη
χὠχαρνῆθεν ἀεὶ κισσὸς ἀεξόμενος.

Optat igitur poeta ut pro deposito capillorum decore et venustas puero et hedera Acharnensis i. e. poetica virtus obtingat.

II. Vs. 1 cod. *οὐχοτρηχὺς σέλι θαῖος*. Permira de his verbis commenti sunt critici; ac ne Graefii quidem Epist. crit. p. 111 coniectura *οὐ Τρηχὶς λιθίειος ἐπ' ὀστέα κεῖνα καλύπτει*, ab Jacobsio in Add.

p. LXI commendata, tolerari potest. Equidem quod olim conieci etiamnum teneo:

οὐχ ὁ τρηχὺς ἔλαιος ἐπ' ὀστέα κεῖνα καλύπτει.

Nimirum sub oleastro arido naufragi cenotaphium conditum erat. Vs. 4 pro *δολιχῆς* fortasse legendum *Δολίχης*. V. ad Euphor. fragm. p. 182. Vs. 5 *πολυκηδέος* scripsi pro *πολυμήδεος*, praeeunte Salmasio. Ibid. *ξενίης* recte legi ostendi ad Euphor. fragm. l. l. Tum *κενεὴ* Salmasius pro *κεινή*. Vs. 6 *βοτάναι διψάδες* sunt sitientia prata, qualia Trachiniae fuisse consentaneum est. Moneo propter Graefium frustra haec attentantem.

PANCRATES.

I. Vs. 3 cod. *τετραέτεις*. Vs. 4 legebatur *εὔτεκνα*, quod *εὖ τέκνα* scribendum esse monuit Lobeck. ad Phryn. p. 606.

III. Vs. 3 cod. *αὐτη οἱ σὺν νηῒ*. Quae pessimis coniecturis vexata sunt. Scribendum erat *αὐτὸν ἑῇ σὺν νηῒ καὶ ἀνδράσιν*. Id igitur reposui.

ANTAGORAS RHODIUS.

I. Sine auctoris nomine est in Pal. Antagorae tribuit Diog. Laert. IV, 21 qui integrum carmen servavit. Pal. primum distichon omisit. Vs. 3 vulgo *ᾔεισεν*. Cod. R. Diog. *ἤϊσεν*. Casaubonus *ἤϊξεν*. Imperfectum restituit Jacobsius. Vs. 4 *αἰῶνα στρεπτοῖς*. Diog. cod. Flor. *τρεπτοῖς*. Jacobsius edidit *αἰῶν' ἀστρέπτοις*. Praetuli quod idem coniecit, *ἀτρέπτοις*, quod illo aptius.

II. Simonidi tribuit Planudes. Vs. 3 retinui cod. lectionem. Plan. *τοῖον Ξενοκλῆς γὰρ ὁ Λίνδιος*. Brodaeus et Brunckius *τοῖον Ξεινοκλῆς γὰρ ὁ Λίνδιος*. Aut hoc probandum, aut quod malim *τοῖον γὰρ Ξενοκλῆς τόδε Λίνδιος*. Quae Jacobsius productae brevis syllabae ante $\bar{\lambda}$ exempla affert, iis, quum brevem syllabam in arsi habeant, nihil efficitur.

De Antagora Rhodio, cuius utinam plura epigrammata superessent, docte disseruerunt Schneiderus Peric. crit. p. 130 et Jacobsius Catal. Poet. epigr. p. 843. Quorum notatis nihil quod addam habeo, nisi in egregio carmine quod servavit Diog. Laert. IV, 24 scribendum esse:

Ἐν δοιῇ μοι θυμός, ἐπεὶ γένος ἀμφιβόητον,
ἤ σε θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων, Ἔρος, εἴπω. —

Vulgo editur *ὅ τοι γένος*, quod recte emendatum esse docet imitatio Callimachi H. in Jov. 5. *ἐν δοιῇ μάλα θυμός· ἐπεὶ ἀμφήριστον*. Pro *ἀμφιβόητον*, nisi id nove dictum est pro ambiguum, fortasse *ἀμφίσβητον* scribendum.

PHAEDIMUS BESANTINUS.

I. Apollinem precatur poeta ut condito, quo Porphyrionem interfecerit, telo eam nunc promat sagittam, quae iuvenum animos patriae amore et virtutis studio incendat. Vs. 1 Brunckius *Γίγαντος σθένος* de Pythone interpretatur, quae si vera esset explicatio, satis insolenter Phaedimus Gigantis nomine usus esset. Rectius igitur poetam ad Gigantomachiam respexisse dicas, in qua Apollinem Porphyrionis interfectorem extitisse tradit Pindarus Pyth. VIII, 12. Mox

mire dictum videbatur τόξον ἴσχε βίης, nec minus mirum Apollinem simpliciter dici ἀνάσσων, quod nulla cum veri specie Brunckius in Ἀπόλλων, Jacobsius in ἀνάκτωρ mutabat. Itaque mutata distinctione coniunxi βίης Ἑκάεργ' ἀνάσσων, quemadmodum ἀγλαΐας ἀνάσσων habes apud Pindar. fragm. 115. Vs. 3 fortasse cum Brunckio legendum οὔ σοι φαρέτρη λύεται λυκοκτόνος. Vs. 4 cod. ἠϊθέοις οἶστρον. Correxit Jacobsius, qui de ἔρωτος ὀϊστῷ ita disputavit, ut mihi quidem satis fecerit. Vs. 7 fortasse iniuria tentatur, si in hunc sensum accipiatur, πυρὸς γὰρ ἀλκή ἐστιν scil. si quis pugnat puerorum amore confisus. Vel simplicius πυρὸς γὰρ ἀλκή ἐστιν ἡ φιλότης κούρων. Vs. 9 verba Μελιστίωνος πατρώϊον σέβας pro circumlocutione habenda esse videntur Jacobsio: Melistio, qui gloriam et virtutem a parentibus tanquam patrimonium accepit. Non credo hoc ferri posse. Optare videtur poeta ut Melistio bellica virtute eandem apud cives mereatur gratiam et reverentiam, quam pater eius consequutus erat. Itaque nescio an pro Μελιστίωνος scribendum sit Μελιστίωνα, quo errore, monente Porsono ad Eurip. Hec. 782, nihil proclivius. Apud Timonem Diogenis Laert. IX, 69 de Pyrrhone haec scribentem: ἢ τὸν ἀπ' ἀνθρώπων αὐτόσχολον αὐτολαλητὴν *), οὐκ ἐμπαζόμενον δόξης ἐρίδων τε Φίλωνα, pro Φίλωνα scribendum Φίλωνος. Id enim docere voluit Diogenes, Philonem fuisse ἐριστικόν, Pyrrhonem autem a sophistarum disputationibus alienum.

---

*) Ita scripsi pro eo quod libri habent ἀπόσχολον αὐτολαλητήν. Male nunc ex Meibomii coniectura legitur ἢ τὸν ἀπάνθρωπον καὶ ἀπόσχολον αὐτολαλητήν. Αὐτόσχολος est qui sibi vacat, non aliis.

III. Apertum est Leontem, qui quinto versu commemoratur, patrem esse pueri recens nati, Themistodicae maritum, Cichesiae filium. Is igitur precatur a Diana ut puerum infantem (*νηπίαχον καὶ εἰσέτι παῖδα*) augeri et adolescere videat. Haec si teneas, intelligitur ultimum distichon ita scribendum esse:

Ἄρτεμι, νηπίαχον δὲ καὶ εἰσέτι παῖδα Λέοντι
νεῦσον ἰδεῖν κοῦρον γυῖ' ἐπαεξόμενον.

Cfr. Antiphilum Anth. Pal. IX, 306 *ἀλλὰ Σαβίνῳ καινοτέρην πῆξαι Παλλὰς ἔνευσε τρόπιν.* Genuina lectione reperta non est quod aliorum commenta recenseam.

THEOCRITUS SYRACUSANUS.

I. Vs. 5 *κεραὸς τράγος οὗτος ὁ μαλός.* Cod. Pal. *μᾶλος.* Brunckius *μαλλός*, quod Jacobsius sequutus est. Valde incerta est huius adiectivi scriptura. Duplicem liquidam tueri videtur Hesychius, *Μαλλός: τὸ ἔριον. καὶ ἡ καθειμένη κόμη, ὁ κέκριξ* (leg. *ὁ καὶ κρέξ*) *καὶ σκόλλυς. καλεῖται δὲ καὶ τὰ πηνία* (recte Salm. *ποίμνια* suffragante cod.). *ὅθεν καὶ μαλλωτὴν καλεῖσθαι τὴν Ἴδην, διὰ τὸ πολυπρόβατον εἶναι. καὶ λευκός.* Manifestum est diversissima hic temere coniuncta esse, *μαλλός* cincinnus, et *μᾶλα* (*μῆλα*) pecora. Ac quemadmodum pro *μαλλωτήν* scribendum est *μαλῶτιν*, pecorosam, ita ne de *μαλλός* quidem, quod per *λευκός* explicat, hinc aliquid certi eruas. Idem *Μαλλοπάρηος: λευκοπάρειος.* Atqui apud Theocritum Id. XXVI, 1 recte libri *μαλοπάρηος.* Atque ita etiam apud Hesychium litterarum ordo poscit, apud quem quae sequitur glossa *Μαλλόεις, Ἀπόλλωνος ἐπίθετον*, in ea itidem haud dubie *Μαλόεις* scribendum.

Hoc enim nomine, quo pecorum tutela indicatur, Lesbii colebant Apollinem. Vide Thucyd. III, 3 et Callimach. apud Bekk. Anecd. p. 1187 fin. Alteram scripturam, *μαλός*, commendant eiusdem Hesychii glossae *Μαλουρίς*: *λευκόκερως* (leg. *λευκόκερκος*) *καὶ ἥτις τὴν οὐρὰν ἔχει λευκήν*, et *Μάλουρος*: *λεύκουρος*. Hinc etiam Theocrito *μαλὸς* restituendum putarem, nisi id monente etiam Jacobsio prima brevi elatum esse doceret veterum *κρίσις* in loco Homeri Iliad. *χ'*, 310, ubi quum hodie legatur *ἄρν' ἀμαλήν*, fuerunt qui *ἄρνα μαλήν* scriberent. Neque obstat Theocriteum *μαλοπάρῃος*, quod ad *μᾶλον* potius quam ad *μαλός* revocandum videtur, ut significet mulierem cuius genae pomis similes sunt. Haec omnia cum cogito, in eam deferor sententiam, ut in nostro epigrammate *τράγος οὗτος ὁ μάχλος* scribendum existimem, quod proxime abest a cod. Pal. scriptura *μᾶλος*. Vs. 6 *ἀκρεμόνα* scripsi ex cod. pro *ἀκρέμονα*.

II. Theocrito tribuunt editt. Theocriti et App. Plan. ed. Steph. p. 516. In Pal. est *ἀδέσποτον*. Vs. 4 cod. *τὰν πήραν*. Brunckius *καὶ πήραν*.

III. Vs. 1 cod. Pal. *κεκμακὼς* et vs. 2 *ἀμπαύω* (ου supra) et *ἀρτιταγής*. Nec ab H. Stephano credo haec persanata esse. Vs. 3 Pal. *ἀγρεύει δ' ὅτε Πᾶν*. Vs. 6 *καταγόμενον* cod. Corrigunt *καταγρόμενον*, *καταρχόμενον*, *κατεγρόμενος*. Quorum nihil probari potest. Ipse suspicabar *φεῦγε, μεθεὶς ὕπνου κῶμα, κατ' ἀγρὸν ἰών*. Sed hoc etiam languet.

IV. Vs. 5 cod. *ἕρκος δ' εὐθ' ἱερόν*. Theocr. ed. Flor. *κᾶπος δὲ σκιερός*. Aliae *σακὸς δ' εὖ ἱερός*. Jacobsius *ἕρκος δὲ σκιερόν*, quod etsi recepi, vereor tamen ne aliud quid in cod. lectione lateat. Vs. 11

vulgo ξουθαὶ ἀηδονίδες.. Pal. ξουθαὶ δ' ἀηδονίδες. Hinc correxi ξουθαὶ δ' ἀδονίδες. Vide ad Theocr. p. 198. Vs. 14 Jacobsius ex Pal. εὔχου ἀποστρέψαι. Vulgatum plane Theocriteum.

V. Vs. 5 exhibui lectionem Pal. in Theocriti editt. ita interpolatam λασίας δρυὸς ἄντρον ὄπισθεν. Sed ἐγγύς in eodem versu ferri non potest. Nec placeret si εὐθὺς scriptum esset.

VI. Vs. 5 cod. Pal. καλεῦντι. Editt. Theocr. κλαγγεῦντι, quam formam falluntur qui contendunt cum Hesychii glossa, Κλαγγεῖν: κλάγξαι, φθέγξασθαι. Litterarum enim ordo et addita glossemata ostendunt scribendum esse κλαγεῖν, qui aoristi infinitivus est. Nihilo minus recte habere puto verbum κλαγγέω. Cfr. Lobeck. ad Sophoclis Ai. 239. Vs. 6 ὀστίον revocavi ex cod. Pal. Vulgo ὀστέον. Recte habet ὀστίον, quod ad ὀστόν (Oppian. Cyn. I, 268) revocandum.

VIII. Primum distichon edidi ut legitur in editt. Theocriti. Pal. κεχαριμένον ἄνθετο πάσαις et vs. 2 τοῦτο τὸ μαρμάρινον. Idem vs. 3 σοφίᾳ δ' ἐπὶ τᾷδε.

XI. Cod. Θεοκρίτου, οἱ δὲ Λεωνίδου Ταραντίνου. Idem ad XII. τοῦ αὐτοῦ. Reliqui haec inter Theocritea, quamquam rectius fortasse Leonidae tribuas.

XIV. Vs. 5 τοί Scaliger. Cod. οἱ. Editt. Theocr. τόν. Ib. πεδωριστᾷ Tyrhwittus. Cod. Pal. πελωρὶ σταῖ. Vulgo πελωριστᾷ. Vs. 6 οἶ' editt. Theocr. ὅσσ' cod. Pal. ὡς c. Salm. Brunckius. Vs. 9 ζόαν Schaeferus. Editt. Theocr. ζοάν. Pal. ζωάν. Vs. 10 μεγάλα χάρις αὐτῷ. Vereor ne non bisyllaba anacrusi usus sit in hoc carmine Theocritus, qui scripsit forsan πολλά.

XVII. Pal. τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν ὅτι Θεόκριτος

Συρακόσιος ἦν. Is igitur Theocrito hoc carmen assignat, cuius praecedit epigramma, quod nobis est quintum. Artemidoro grammatico tribuitur in Theocr. edit. Aldina, quod sequutus est Brunckius. Vide Jacobs. Anim. I, 2 p. 190.

XVIII. Pal. *τοῦ αὐτοῦ εἰς τραπεζίτην Κάϊκον.* Praecedit Epigr. XVII. Leonidae fortasse rectius tribuit Planudes ed. Steph. p. 28. Vide Jacobsii Animadv. vol. I, 2 p. 208. Vs. 2 Pal. *ἀρχομένης.* Nomen *Κάϊκος* habes item in titulo apud Boeckh. II, p. 746 n. 3243, fortasse etiam p. 843 n. 3516. Cfr. Car. Keilii Spec. Onomatol. graec. p. 87.

XIX. Exile carmen et Theocriti ubertate indignum. De Glauca tibicina v. Bergkius Museo Rhen. nov. I, 3 p. 360.

NICAENETUS SAMIUS.

I. Vs. 1 Brunckius *ὄρος ἄκτιον.* Editum *ὄρος ἄκριτον* de montibus longo tractu procurrentibus interpretatur Jacobsius. Mihi montis nomen latere videtur. Vs. 3 cod. *Φιλήτιδος.* Brunckius et Jac. *Φιλητίδος.* Atqui *Φιλητίς* mulieris non viri nomen est; et tamen tale h. l. requiritur. Itaque malim aut *Φιλητίδου* aut *Φιλίστιδος*, quod a *φίλιστος* non minus recte formari potuit quam *Ἄριστις* ab *ἄριστος.*

III. Ex Athen. XV, p. 673 *b.* Vs. 3 vulgo *κοίτῃ.* Ven. *αιτῃ*, quod correxit Dindorfius. Idem *χαμευνάς* pro *χαμεύνα.* Ven. *χαμεῦνα.* Vs. 6 *Μουσέων* pro *Μουσῶν* Brunckius.

IV. Carmen hoc alii aliis tribuunt, Asclepiadi, Theaeteto, Dionysio Halicarnassensi, Nicerato. Sine auctoris nomine est apud Athen. II, p. 39 *c.* Varie-

tatem lectionis indicavit Jacobsius; ipse exhibui carmen ad fidem cod. Pal. Versu quarto Jacobsius edidit *μέγαρ'*. Cod. *μέγας*. Athen. *δόμος*. At recte mihi Huschkius Anal. crit. p. 27 sensisse videtur domum poetae minus apte hic memorari, sed male probat *μέγας*. Forsan coniunctis Anthologiae et Athenaei lectionibus scribendum:

τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις δέμας ἔβρυεν —

Notum est veteres non capiti tantum sed etiam collo et brachiis corollas circumdedisse. Cfr. Pindar. Olymp. II, 74 et Clemens Alex. Paed. II ed. Col. p. 154 *b*. Praeterea apud Athenaeum forsan rectius editur *τοιγάρτοι στεφάνων*, pro quo codd. habent *τοιγαροῦν στεφάνων*.

V. Vs. 2 *εἰς αὐτὴν ἔρχεαι Ἀμφίπολιν*. Iners et ieiunum est illud *αὐτήν*, pro quo vide an *αἰπήν* scribendum sit. Nihil propemodum differunt *ΑΙΠΗΝ* et *ΑΥΤΗΝ*. Alta autem quaevis urbs vocari potuit propter acropolin: nisi explicare praestat praeclaram, ut Dioscorides Epigr. XXII Paron dixit *νήσων αἰποτάτην*. Brunckius, ut nunc video, cum Reiskio scripsit *κλειτήν*. Vs. 3 malim *Νικαγόρῃ*.

PHALAECUS.

I. Mutilum hoc carmen esse iam Brunckius intellexit. Vs. 5 cod. Pal. *κλεινος ἢ ὅσπερ ἄμμιν*. Quod non recte emendatum est a Brunckio, qui scripsit *κλεινὸς ὥσπερ ὔμμιν*. Pro *κλεινός* Hermanni suasu scripsi *Κλεῖνις*. Sequentia insanabilia sunt et luxata. Excidit aut unus aut duo versus, in quibus ceterorum victorum patres nominati erant. Vs. 6 *ἔμπη* adverbium esse vidit J. G. Schneiderus, qui pro *νίκης* re-

cte scripsit *νικῇς*, ubi vicisti? Quod sequitur *Ἰσθμόν* Brunckius in *Ἰσθμοῖ* mutabat. Debebat certe *Ἴσθμι*. Sed recte habere *Ἰσθμόν* docet marmor Smyrnaeum apud Boeckh. Corp. Inscr. II, p. 739 *Πόπλιος — κιθαρῳδὸς μόνος καὶ πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος νικήσας τοὺς ὑπογεγραμμένους ἀγῶνας, Σμύρναν Ὀλύμπια τῇ ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ, Ἀδριάνια Ῥώμην β̄, Ποτιόλους β̄, Νέαν πόλιν γ̄* etc. Item marmor Cyzicenum ibid. p. 937 n. 3676. *Μητρόδωρος Κυζικηνὸς πένταθλος νικήσας . . . Κύζικον Ὀλύμπια ἀνδρῶν πεντάθλων, Πέργαμον Ὀλύμπια πένταθλον . . . Νικομήδειαν πένταθλον, Πέρινθον Πύθια* etc. In sequentibus *ἢ τὸ δ'* (cod. *τόδ'*) *ἔμπη;* mirifice turbat particula *ἤ*, a Jacobsio mutata in *ᾗ*, quod nihil est. Post vs. 6 excidisse nonnulla, in quibus ceterorum victoriae indicatae erant, monuit me Hermannus. Jacobsio post vs. 7 aliquid deesse videbatur. Vs. 7 *Ἥρᾳ* Brunckius. Pal. *Ἥραν*.

II. De Lycone, histrione comico, in cuius memoriam hoc carmen scriptum est, dixi Hist. com. graec. p. 327. Vs. 5 cod. *ἔστασα*. Cum non appareat qui sit ille qui se statuam Lyconi posuisse dicit, legendum suspicor *ἕστακ'*, ipsa ut loquatur statua. Sequentia, quae ineptissimis criticorum coniecturis vexata sunt, exhibui ut in cod. Pal. scripta sunt. Hermanno, quem de loco difficillimo consului, ita scribendum videtur: *ὅσσον γὰρ καθύπερθε λαμπρὸς ἀνὴρ | μνᾶμα, τοῦ χαρίεντος ἔν τε λέσχᾳ | ἔν τ' οἴνῳ τόδ' ἕκατι τοῖς ἔπειτα κτλ.* Ceterum dubitari potest, num carmen hoc recte Phalaeco tribuerim cum Brunckio. Codex, qui proxime post primum Phalaeci carmen exhibet, nil adscriptum habet nisi *ἄλλο*.

V. Carmen hoc in duas strophas distinguendum videtur. Vs. 2 vulgo *ναῦς*. Revocavi ex cod. Pal. *νεῦς*, quam formam memorat et cum *γρεῦς* componit Arcadius p. 126, 2. Choeroboscus Bekkeri Anecd. p. 1236 et Etymol. M. p. 189, 48. Ad eandem formam revocandi casus sunt obliqui *νεός*, *νεΐ*, *νέα*, quorum alterum *νεΐ* alias non lectum restituendum videtur Antipatro Anth. Pal. VII, 637. Ib. Brunckius *ἐστέξατο*. Jacobsius *ἠλέξατο*. Videtur aliud quid latere. Vs. 3 cod. *πολὺ βαθύν*. Non male Brunckius *πόρον βαθύν*, quod cum Jacobsio sequutus sum. At possis non minus probabiliter *πολὺν βυθόν*. Vs. 5 cod. *Προμήθεις*. Brunckius *Πρόμηθις*. Scripsi *Προμηθίς*. Vs. 5 Salmasius *λυγρῇ γ'*.

VI. Servavit Athen. X, p. 440 *d.* Vs. 1 pro *χρυσωτόν* Toupius *κροσσωτόν*, fimbriatum. Scribendum potius *χρυσῷ τὸν* (vel *τοι*) *κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα*, ut Cleo tunicam aureo cingulo circumdatam Baccho obtulisse dicatur. Vs. 4 Hermannus *θνητῶν* pro *ἀνθρώπων*. Malim *ἀνδρῶν*.

ALCAEUS MESSENIUS.

De Alcaeo Messenio, liberrimi oris poeta, disseruit Jacobsius Catal. Poet. p. 836, qui omnia de eo testimonia congessit praeter unum perquam memoria dignum Eusebii, quod apposui Hist. Com. p. 245.

II. Vs. 3 Jacobsius *ἀλλά τι καὶ νῦν*. At recte *ἔτι καὶ νῦν*, etiam nunc, sc. quamquam *ἡ κνήμη δασύνεται*. Vs. 4 cum Buherio scripsi *ἀμετακλήτου* pro *ἀμεταβλήτου*.

III. Vs. 2 cod. *αἰπινῇ στέψον ὑπὸ Κρονίᾳ*. Quod

recte emendavit Salmasius. Non probari posse videtur quod Jacobsius edidit αἰπεινᾷ et Κρονίᾳ. Neque enim credibile est poetam a communi usu recessisse, quo nobilis ille collis dicebatur Κρόνιος, nunc addito nomine λόφος vel ὄχθος, nunc omisso ut Pindar. Ol. I, 111 παρ' εὐδείελον ἐλθὼν Κρόνιον et VI, 64 ὑψηλοῖο πέτρα Κρονίου, fortasse etiam Pausan. El. 20, 2 τοῖς πέρασι τοῦ Κρονίου, quamquam is alibi τὸ Κρόνιον dicit, ut El. 19, 1.

V. Vs. 8 ingeniose Graefius ἐν δὲ Λυαίου νηῷ φορβειὰς θήκατο καὶ καλάμους, pro φόρμιγγα. Nec tamen sine exemplo est auloedum simul fuisse lyristam. Itaque edidi φόρμιγγὰς, ut voluit Passovius; quamquam pluralis aliquid offensionis habet.

VI. Vs. 2 στήσητε cod. στήσοιτε Plan., qui vs. 6 recte παισὶν habet, pro quo cod. πᾶσιν, quod revocavit Jacobsius.

VIII. Male Alcaeo Mitylenaeo tribuit cod. Pal., qui vs. 2 ὕλης obscuris ductibus habere dicitur. Recepi J. G. Schneideri emendationem Ἴδης. Vs. 5 cod. ὡς αὔδαξαι vel αὐδάξαι. Plan. ὡς αὔδαξε. Suidas ὡς ἂν δόξα. Haec alii aliter sed nullo cum successu emendare conati sunt. Haud indignum poeta fuerit:

δείσας δ' ὠμήστεω θηρὸς μόρον, ἐξαλαλάξας
τύμπανον ἐξ ἱερᾶς ἐπλατάγησε νάπης.

Quod confirmare videtur qui idem argumentum tractavit Antipater Anth. Pal. VI, 219 ἀλλ' ἔμπας ἐρίμυκον ἀπὸ στομάτων ὀλολυγὸν ἧκεν, ἐδίνησεν δ' εὐστροφάλιγγα κόμαν.

X. Vs. 2 διὰ τρητῶν Ald. δι' ἐντρήτων Flor. pr. Hinc Brunckius et Jacobsius δι' εὐτρήτων. Nihil interest hoc an alterum praeferas. Theocrit. Epigr. II, 3

τοὺς τρητοὺς δόνακας. Caetera sanissima sunt nec tentari debuerunt. Vs. 3 *ἔτι* scripsi pro *ἐνί* praeeunte viro docto apud Jacobsium.

XVII. Vs. 1 *Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ*. Hesiodum fuisse qui *περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον* occisum ibique sepultum esse dicerent tradit Thucyd. III, 96. Plutarchus Conv. Sept. Sap. p. 162 *d*. et Scriptor Vit. Hesiod. p. 7 ed. Gaisf. Hinc suspiceris Alcaeum scripsisse *Λοκρίδος ἐν Νεμέης ἱερῷ*. Vs. 2 cod. *κρηνιάδων*. Jacobsius *κρηναιῶν* a *κρηναία*, quod cur probari non possit docebit Lobeck. Paral. p. 313. Verum viderat iam Wakefieldus.

XX. Vs. 2 exhibui cod. scripturam. Plan. *Ἀσπασίῳ πικρὸν ἔτευξε μόρον*, scil. *πλόος ἐπ' Ἀρκτούρῳ*. Id sequutus est Brunckius. Jacobsius tentabat *Ἀσπάσιος πικρὸν ἔλευσα μόρον*. Si sana est cod. lectio, de quo vix dubito, notatu dignum est *τεύχειν τι* pro *τυγχάνειν τινός*. Vs. 4 cod. *ῥαινόμενος*. Correxit Planudes. Brunckius *ῥαιόμενον*.

XXIIII. Hoc carmen Alcaeo Mitylenaeo assignat Pal., Alpheo Mitylenaeo Planudes.

DIOSCORIDES.

I. Vs. 3 legebatur *Γανυμήδου*, quod corrigere non dubitavi, quamquam scio in titulis a Boeckhio editis frequentissime legi *Διοφάνου, Διογένου, Ἐπικράτου, Εὐμένου, Σωκράτου*, et alia eiusdem generis plurima.

III. Vs. 1 et 2 *ὧν σοι θυμὸς ὀνειροπολεῖ* i. e. *ὧν ἐπιθυμεῖς*. Ita correxi cod. Pal. lectionem *ἅν σοι*, pro quo Salmasius *ὅ τι σοι*, Toupius *ὅσα σοι*, Jacobsius

ἄ'ν σοι — ὀνειροπολῇ. Vs. 3 cod. *ἀλιθύηι.* Apogr. Lips. *ἁλιεύῃς*, quod sequuti sunt Brunckius et Jacobsius. Debebant *ἁλιεύῃ*, quod rectissime dici vel Antiphaneae fabulae titulus *'Αλιευομένη* docet. Vs. 4 verissime Hermannus *κάλαμον* de veretro, *λιμένα* autem in sequente versu de pueri parte postica interpretatur, ut verbis *ἕλξεις ἐκ λιμένος πολλὴν δρόσον* nihil aliud indicetur quam *καταχεσεῖταί σου.* Nihil igitur hic corruptum est. Dura est sed inevitabilis philologorum sors, ut ne foedissimas quidem quaestiones detrectare debeant.

IV. Vs. 1 recte haberet *ὅσον εἶπα*, vix dixeram, si sequeretur *καὶ πικρότερός με κατέσχεν*, ut apud Hedylum Anth. Pal. IX, 123 *ἀλλ' ὅσον εἰσῆλθεν κῴχετ' 'Αρισταγόρης*, aliisque locis. Nunc scribendum videtur *ὅσον εἶπας*, quibus sequentia *πικρότερός με κατέσχεν* eadem anacoluthia inferuntur, quam exemplis illustravi Praef. ad Com. graec. IV, p. 10.

V. Vs. 4 non credibile est poetam non ipsum pueri nomen posuisse. Itaque *'Αθήναιος* scripsi pro *'Αθηναῖος.*

VI. Vs. 3 verba *εἰς ὀλίγον τείνας μηνῶν* permirum est cuiquam corrupta videri potuisse: *εἰς ὀλίγον τείνειν* idem est quod *συντέμνειν.*

VIII. Vs. 1 *ἡ πιθανή μ' ἔτρωσεν.* Eadem fere verba vidimus supra Asclepiad. Epigr. XVI *ἡ λαμυρή μ' ἔτρωσε Φιλαίνιον.* Mox pro *"Αδωνι* scripsi *Ἄδωνι*, ut cod. habet Epigr. IX, 1. Eandem formam Pal. servavit etiam aliis locis, v. c. apud Marcum Argent. V, 113 et Agathiam V, 289. Neque hunc librariorum errorem esse docet Eustath. ad Il. p. 539, 4, qui Aristarchum testem producit. Confr. idem ad Odyss.

p.

p. 1949, 30 et Schol. Venet. ed. Bekk. p. 152, 37. 304, 40. Versu ultimo cod. *ἄπαγον*. Correxit Jacobsius.

X. Scriptum est hoc carmen in Athenium, quae incendium Troianum canens in animo poetae amoris incendium excitaverat. Vs. 3 quod legitur *οὐ δείσας Δαναῶν δεκέτη χρόνον* recte in vitii suspicionem adduxit Jacobsius. Sed vereor ut verum sit quod vir praestantissimus coniecit *οὐδενίσας*, quod ipse ita interpretatur: decennis ille Danaorum labor quam nihil sit ostendens, i. e. meo exemplo docens, frustra Danaos decem annos Troiae expugnandae impendisse. Verbum *οὐδενίζειν*, cuius aliud exemplum non extat, significat opinor nihili facere, contemnere. Quod vix aptum huic loco. Itaque si quid mutandum, malim *οὐδὲ ἴσας*, ignarus decennis oppugnationis, quippe uno die expugnatus.

XI. Vs. 1 *Πεσσινόεντος ἀπὸ Φρυγός*. Pessinuntem Phrygiam dicit, quoniam ibi *τὰ παλαιὰ τῶν Φρυγῶν οἰκητήρια* fuerant teste Strabone XII, p. 852 (568). Fortasse tamen scribendum *Πεσσινόεντος ἀπ' ὀφρύος*, quo nomine Dindymum montem significare potuit, Pessinunti imminentem et magnae matris sacricolarum furoribus nobilitatum. Strabo l. l. *ἔστι δ' ὄρος ὑπερκείμενον, τὸ Δίνδυμον, ἀφ' οὗ ἡ Δινδυμηνή*. Eius montis formam accuratius describit Philostephano auctore Schol. Apoll. Rhod. I, 985. Vs. 10 Salmasius *εἰς τὸ ἑὸν τύμπανον*. Fortasse recte, quamquam *ὁ τύμπανος* non magis miror, quam *ὁ πρόσωπος* et similia. Vs. 13 pro *ἀκοῆς* scripsi *ἀκοῇς*, auribus. V. ad Comic. graec. II, p. 347. Salmasius *ἀκοῇ*. Fortasse tamen *ἀκοῆς* servari potest: ut enim e. c. Ho-

ratius nares dixit de odoribus qui naribus sentiuntur, ita forsan Dioscorides ἀκοή dixit de strepitu. Sequentia in cod. ita scripta sunt ἐκ δὲ βο . . ῆς μητέρα. Sequutus sum Salmasii et Jacobsii emendationes, qui praeterea ὅς pro ἐκ scribendum coniecere, quae parum veri similis coniectura est. Probabilius mihi videtur post ψόφον duos versus intercidisse. Vs. 16 θηρὶ φυγῆς Reiskius. Pal. θηροφυγῆς.

XII. Vs. 4 cod. ἥταιρ. Brunckius ἡ 'ταίρη. Jacobsius ἥδ' αἰεί. Hermannus ἥδ' ἄρα οἱ. Ac sane is sensus esse debet, ut Urania Parmenidi gratiam pro tradito flabello rependisse dicatur. Lenius tamen mihi visum est θἠταίρῃ.

XIII. Vs. 3 cod. αδε. Brunck. ὧδε. Jacobsius ἇδε, quod nihil est. Scripsi igitur ἅδε. Sed vs. 7, ubi cod. ἇδε habet, aut ὧδε scribendum aut ἀσπίδι τᾷδε. Vs. 9 vulgo ὦ προπάτωρ Ζεῦ. Cod. ἇ πρόπατερ. Scripsi igitur ἆ πρόπατορ. Cfr. ad Leonidam Tar. CVII, 2. Vs. 10 cod. ἀνικάτου.

XIV. Vs. 1 parum recte legebatur σῆμά τοι, quod in σῆμα τόδ' mutavi. Pro Πολύττου Reiskius Πολύγνου, Heynius Πολίτου. Nihil mutandum videtur. Simillimum nomen Δινύττας habes apud poetam Pausaniae VI, 8. Vs. 2 pro ἄλλος, in quo viri nomen latere apertum est, scripsi Θάλλος. Alii Ὕλλος vel Γάλλος. Possis etiam Ἴλλος. Sed probabilius est fuisse Θάλλος. Vs. 4 Tyrwhittus δηΐοις, τοῦτο δ' ἔοικε λέγειν.

XV. Vs. 1 pro αὐλοί fortasse αὐλός scribendum, propter vs. 3 πρὸς ἐμὸν φώνημα. Vs. 5 cod. πάρος οὔπερ (sic) ἀείσας. Recepi quam Hermannus mecum communicavit coniecturam πατρὸς οὗ παραείσας, si

Marsyas patre deterius tibiis cecinit. Vs. 6 cod. ἐγνώθη, quae vitiosa est forma, quam attigit huius loci non memor Lobeckius ad Soph. Aiac. p. 316. Pro ἔδειξεν Jacobs. et Hermann. probabiliter ἔλεγξεν.

XVI. Vs. 3 cod. τριθύν. Bentleius Opusc. ed. Lips. p. 277 τριττόν, triplicem Dionysi chorum de trinis Dionysiis intelligens. Verum videtur quod Hermanni suasu scripsi τριττύι. Ib. ἄθλων immerito tentatum est, cum hircus et ficuum arrhichus adhuc concertationum praemium esset. Nam pro ἆθλος, quod vs. 4 cod. habet, recte scripserunt ἆθλον. Prorsus a vero aberrarunt Bentleius et Jacobsius. Vs. 4 cod. πρὸ σεῦ φήσει. Correxit Reiskius. Quae sequuntur τἄλλα δ' ἐμά, nimis profecto ieiuna sunt. Scribendum sine dubio τάμὰ δ' ἐμά, i. e. mea mihi merita nemo eripiet.

XVII. Vs. 2 quod Jacobsius in textu posuit, ipse revocavit in notis. Vs. 6 pro δεξιόν non male Reiskius ἄξιον coniecit.

XXIII. Vs. 3 τερπνότατ' ὦ scripsi cum Jacobsio in notis pro τερπνότατε, quamquam possis etiam τερπνότατ' ἐν Μούσῃσι. Illud tamen praestare videtur. Vs. 9 legebatur οἰνώμενος.

XXIV. Vs. 2 Jacobsius Schaeferi monitu edidit ἤ ῥα pro ἦ ῥα, ut quae vs. 9 leguntur, πάντῃ πότνια χαῖρε, apodosin efficiant. Idem iam Reiskius voluit, nisi quod εἴτε pro ἦ ῥα scribebat. Quod a cod. oblatum alteri haud cunctanter praeferrem. Nam ἤ ῥα non memini sic coniuncta dici. Nihil tamen mutaverim. Sine dubio, inquit, te aut Pieria tenet aut Helicon, aut alius Musis Venerique sacer locus: ubicunque autem versaris, salve mihi. Vs. 7 recte Brunckium

pro ὀδυρομένη scripsisse ὀδυρομένῃ docet sequens σύνθρηνος. Vs. 10 bene sensit Brunckius non abesse posse pronomen σάς, sed male scripsit σὰς ἔτι θυγατέρας. Nihil desideraretur, si scriptum esset:

πάντη πότνια χαῖρε· θεοῖς ἴσας γὰρ ἀοιδάς,
ἄφθιτε, σὰς ἔχομεν νῦν ἔτι θυγατέρας.

Quae cum paullo violentior mutatio sit, videndum an recte Reiskius θεοῖς ἴσα σὰς γὰρ ἀοιδάς scripserit hoc sensu: σὰς γὰρ θυγατέρας, ἀοιδὰς, νῦν ἔτι ἔχομεν θεοῖς ἴσα ἀθανάτας. Difficultatem loci non intellexisse videtur Schaeferus Melet. p. 57.

XXVI. Vs. 1 cod. βιωι. Nec aliter vs. 4. Correxit Heringa. Vs. 3 cod. ἀρίστη οὖσα. Jacobsius ἀρίστη ἐοῦσα. Elegantius Brunck. ἀριστεύουσα. Praeterea ita haec distincta legebantur: οὐδὲ μιᾶς οὐδ' ἑνὸς ὠνάσατο. ἡ μὲν ἀριστεύουσα καὶ εὔτεκνος etc. oratione hiulca neque eleganter formata. Itaque scripsi ἦ μέγ' et delevi plenam distinctionem in fine versus secundi. Ceterum pro ἀριστεύουσα possis etiam ἀρίστη τ' οὖσα.

XXVII. Nec Bacchus loqui putandus est, nec Satyrus, sed choreuta, ut docet vs. 6. De quo admonuit etiam Naeckius Sched. crit. p. 5. Vs. 1 Μουσέων Jacobsius. Μουσῶν cod. Vs. 2 cod. παρθενίην, quod vere, ut videtur, correxit Brunckius.

XXVIII. Dixit de hoc carmine Hermannus Opusc. I, p. 53 et apud Naeckium Opusc. I, p. 10. Vs. 2 ἄλλος et Σοφοκλῆν Brunckius. Cod. ἄλλον et Σοφοκλῆς. Vs. 8 verba πρός τ' αὐδὴν ἑλκόμενος μεγάλην Hermanno auctore cum sequentibus iunxi. Vs. 9 cod. ἑπτὰ δέ μοι ἑρσων. Brunckius εὔαδεν ἡρώων. Sequutus sum cum Jacobsio Hermannum, qui praeterea

ἐν χερί scripsit. Certe quod editur corruptum est. Naeckius *εὔαδεν ἡρώων τύπος οὐχ ἐνί*. Pro *τύπος* Jacobsius *κτύπος*.

XXX. Cod. *Διοσκορίδου, οἱ δὲ Νικάρχου*. Idem ad XXXI *τοῦ αὐτοῦ. οἱ δὲ Ἑκαταίου Θασίου*. Vs. 6 *παντολιγοχρόνιος* teste Paulsseno codex. Plan. *πάντ' ὀλιγοχρόνιος*.

XXXV. Jacobsius in notis ex cod. Pal. *Λεωνίδου εἰς Σιληνίδα τὴν τρόφον*. Qui calami error esse videtur. In textu idem Dioscoridis nomen habet. Vs. 4 cod. *ληνόν*. Brunckius *ληνοῦ*. Jacobsius *ληνῶν*. Ibid. cod. *ἔχει*. Correxit Jacobsius.

XXXVI. Vs. 2 cod. *Ἀλεξαμένους*. Sed in lemmate *εἰς Ἀλεξιμένην*. Optimus Plan. cod. apud Brunckium *Ἀλεξιμένευς*. Hinc Brunckius *Ἀλεξιμένους*. Vs. 4 recte Plan. *ἀμφὶ πόλιν*. Idem fort. Pal. Brunckius et Jacobsius *Ἀμφίπολιν*. Vs. 5 cod. *πνεύσαντες ἐφ' ἡμετέροισιν ἀδάπταις*. In marg. *γρ. ἀήταις*. Lobeck. Paral. p. 549 recte *ὑμετέροις ἀλαλητοῖς*. Vs. 6 *τοῦδ'* Plan. *τούσδ'* Palat.

XXXVII. Vs. 1 Jacobsius *γαστροβαρὲς προσορῶν λέχος*. Quod vereor ut sufficiat. Vs. 5 *πάλιν στρέψας* Brunckius. Toupius *περιστρέψας*. Recte Jacobsius cum cod. *πρὶν στρέψας*.

XXXIX. Vs. 3 non iniuria Jacobsius offendit in hirsutis pulchrae puellae superciliis. Nec tamen verum videtur quod coniecit *γαλεραῖσιν*, quod oculorum potius quam superciliorum epitheton esse crediderim. Vs. 8 Brunckius *Μίδεω*. Recte cod. *Μίδεοι*, quocum compares *Νικίεος* a *Νικίας* apud Theocrit. XXVIII, 9 *Νικιέας εἰς ἀλάχω*. Quod non recte Ahrensius Dial. Aeol. p. 275 *Νικιάας* scripsit. Ita *Πυθογόρειος* scri-

bitur, non *Πυθαγόραιος*, et *'Αναξαγόρειος*, non *'Αναξαγόραιος*.

XL. Vs. 2 et 3 scripsi *Μόσχος* pro *μόσχος*. Cfr. supra p. 105. Vs. 4 Jacobsius *πανδήμου* pro *πάνδημοι*, quod videtur servari posse. V. Lobeck. ad Sophoclis Aiac. 7. Vs. 5 Chardonius supplebat *ποῦ δὲ κασαύρια; ποῦ δὲ συφόρβια;* At lupanaria iam quarto versu commemoravit.

TYMNES.

II. Mirum profecto criticos serio sibi persuasisse illam Gratiis dilectam aviculam, cuius mortem poeta luget, fuisse gaviam, i. e. avem voracem et spurcam; nec minus mirum est eos metricum latuisse vitium, siquidem *λάρος* constanter primam corripit. De Aristoph. Av. 567 dixi Fragm. Comic. graec. II, p. 78. Itaque non dubium est quin corrupta sint verba *φίλε λάρε*, pro quibus Plan. habet *φιλέλαιε*. Nec in codice, ex quo Pal. ductus est, nomen illud perspicue scriptum fuisse docet lemma carmini praefixum: *Τύμνεω εἰς ὄρνιν ἀδιάγνωστον, οἶμαι δὲ λάρον.* Medelam fortasse historiae naturalis periti afferent; interim coniicio *φίλ' ἐλαιέ.* Alexander Myndius apud Athenaeum II, p. 65 *b. ἅτερος τῶν αἰγιθαλῶν ὑφ' ὧν μὲν ἐλαιὸς καλεῖται, ὑπὸ δέ τινων πιρίας*, ubi codd. habent *ἔλαιον*. Hesychius, *Ἔλανος* (sic): *ἴκτινος*. Idem, *'Ελέας: ὀρνέου εἶδος.* Quod nomen *ἐλεᾶς* scribitur apud Aristoph. Av. 303, ubi schol. *ὁ δὲ ἐλεᾶς μήποτε ἐλείας ἐστὶν ἐν τοῖς Καλλιμάχου ἀναγραφόμενος. φησὶ γὰρ „ἔλεια: μικρόν, φωνῇ ἀγαθόν.“*

IV. Tertium distichon in Pal. omissum praeeunte

Brunckio ex Plutarcho Mor. II, p. 240 *F*. adieci, et vs. 7 ex eodem scripsi *ἀχρεῖον* pro *ἔρρε κακόν*.

V. Vs. 1 Jacobsius *ταῦτα*, fortasse operarum errore. Mox pro *ἐπικαίριον* Brunckius *ἐπικήριον*, Ald. 2 *ἀποκαίριον*, Jacobsius *ἐπικάρδιον*, quod verum videtur. Vs. 3 cod. *ἐλευθερίης*, prae quo nollem Jacobsius certissimam Reiskii coniecturam *Ἐλευθέρνης* sprevisset. Liberae sepulturae, de qua cod. lectionem interpretatur Jacobsius, nullus hic locus est. De Eleutherna urbe in boreali Cretae littore sita v. Wessel. ad Hierocl. p. 650.

VI. Vs. 1 cod. *εὐήθη Τρίτωνος*. Brunckius et Jacobsius *Εὐήθη Τρύτωνος*, pro quo certe *Τρίτωνος* reponendum erat. Scripsi quo codicis scriptura ducit, *εὐήθης Τριτωνίς*, ut voluit iam Scaliger. Nomen proprium *Τρειτωνίς* legitur in titulo apud Boeckh. Corp. Inscr. II, p. 73 n. 2046. Pro *ἐλοχεύθη* cod. *ἐλοχεύθην*, quod vide an *ἐλοχεύθης* potius scribendum sit, quae si vera est lectio, apertum est vs. 2 corrigendum esse, *οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ὤλεο, δαιμονίη, ἀρτιτόκος*. Neque obstat quod poeta in sequentibus tertia persona utitur. Vs. 3 cod. *ἀρτίτοκος*. Sequentia emendavit Planudes. Cod. *τὰ δὲ πολλὰ καταγη ἐν βρέφος ᾅδαν σὺν κλεινῇ δεκάτην οὐχ ὑπὲρ ῆιρεν ἔω*.

CONIECTANEA

DE

ANTHOLOGIAE GRAECAE

LOCIS CONTROVERSIS.

MELEAGER Pal. V, 204.

Οὐκέτι Τιμάριον, τὸ πρὶν γλαφυροῖο κέλητος
πῆγμα, φέρει πλωτὸν Κύπριδος εἰρεσίην·
ἀλλ' ἐπὶ μὲν νώτοιο μετάφρενον ὡς κέρας ἱστῷ
κυρτοῦται, πολιὸς δ' ἐκλέλυται πρότονος.
ἱστία δ' αἰωρητὰ χαλᾷ σπαδονίσματα μαστῶν,
ἐκ δὲ σάλου στρεπτὰς γαστρὸς ἔχει ῥυτίδας.
νέρθε δὲ πάνθ' ὑπέραντλα νεώς, κοίλη δὲ θάλασσα
πλημμυρεῖ, γόνασιν δ' ἔντρομός ἐστι σάλος.
δύστηνός τοι ζωὸς ἔτ' ὢν Ἀχερουσίδα λίμνην
πλεύσετ' ἄνωθ' ἐπιβὰς γραὸς ἐπ' εἰκοσόρῳ.

Versu secundo si recte habet *πλωτὸν*, id ita intelligendum est ac si dixisset poeta *Τιμάριον οὐκέτι πλωτόν ἐστιν οὐδὲ φέρει Κύπριδος εἰρεσίην.* Verborum tamen collocatio huic interpretationi parum favet; itaque nescio an *πλωτῶν* poeta scripserit a recto casu *πλώτης*. Eadem metaphora usus est Meleager Anth. Pal. XII, 167 *ἀλλά μ' ἐς ὅρμον δέξαι τὸν ναύτην Κύπριδος ἐν πελάγει.* Aristoph. Eccl. 1086 *χαλεπαί γ' ἂν ἦστε γενόμεναι πορθμῆς — ἕλκοντε τοὺς πλωτῆρας ἂν ἀποκναίετε.* Vs. 3 aut *ἱστοῦ* pro *ἱστῷ* scribendum, ut voluit Brunckius, aut quod probabilius *νώτοισι* pro *νώτοιο*, quo erroris genere in cod. Pal. nihil frequentius. Vs. 9 frustra Jacobsius tentat *δύστηνός τοι ζωὸς ὃς ὢν* etc. Relativum in tali verborum iunctura non ne-

cessarium esse docet Homerus, *δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσιν.*

MELEAGER Pal. VII, 79.

Ὤνθρωπ', Ἡράκλειτος ἐγὼ σοφὰ μοῦνος ἀνευρών
φημί· τὰ δ' ἐς πάτραν κρέσσονα καὶ σοφίης.
λὰξ γὰρ καὶ κοτέων, Ἀσίᾳ, ξένε, δύσφρονας ἄνδρας
ὑλάκτευν· λαμπρὰ θρεψαμένοισι χάρις.
οὐκ ἀπ' ἐμεῦ; μὴ τρηχύς· ἄπει· τάχα καὶ σύ τι πεύσῃ
τρηχύτερον· πάτρης χαῖρε σὺ δ' ἐξ Ἐφέσου.

Non immerito interpretes de carminis huius obscuritate conquesti sunt; nec desunt quae pro corruptis haberi debeant. Nam ut tertium versum, qui plane conclamatus est, nunc omittam, in ipso carminis initio quod legitur *σοφὰ μοῦνος ἀνευρὼν φημί*, ne graecum quidem esse existimo. Tum alterius distichi si is sensus esset quem interpretes volunt, ut praeclaram se gratiam parentibus rettulisse dicat Heraclitus, nemo non videt ex graece dicendi usu accusativos requiri, *λαμπρὰν θρεψαμένοισι χάριν.* Denique prorsus non intelligitur, quid sit quod ne verbulo quidem lacessitus in tantam subito iram Heraclitus exardescat. Quae res movit criticos ut unum alterumve distichon excidisse suspicarentur. Enimvero rectissime omnia habent, si carmen inter duas colloquentes personas in hunc fere modum correctum dispertitur:

ά. Ὤνθρωπ', Ἡράκλειτος ἐγὼ σοφὰ μοῦνος ἀνευρών.
β'. φημί. ά. τὰ δ' ἐς πάτρην κρέσσονα καὶ σοφίης.
β'. πάξ. ά. παρὰ καιρὸν ἰτέων ἀστῶν, ξένε, δύσφρονας ἄνδρας
ὑλάκτευν. β'. λαμπρὰ θρεψαμένοισι χάρις.

ά. οὐκ ἀπ' ἐμεῦ; β'. μὴ τρηχύς· ἐπεὶ τάχα καί σύ τι πεύσῃ
τρηχύτερον πάτρης — χαῖρε σὺ δ' — ἐξ Ἐφέσου.

Apertum iam esse arbitror verba *λαμπρὰ θρεψαμένοισι χάρις*, in quibus *θρεψάμενοι* cives Heracliti sunt, ironice dicta esse, idque ipsum est quod viri animum tam vehementer movet, ut hospitem procul abesse iubeat. Prorsus autem ad rei veritatem hoc ita instituit poeta; constat enim Heraclitum superbum fuisse et irasci facilem. Tertio versu quid dixerit poeta, docent Timon Sillographus apud Diogen. Laert. IX, 6 et Theodoridas Anth. Pal. VII, 479, quorum alter Heraclitum *κοκκυστὴν ὀχλολοίδορον*, alter autem *θεῖον ὑλακτήτην δήμου κύνα* appellat. Itaque gloriatur Heraclitus maximaeque sibi laudi ducit, quod cives suos insipientes conviciis prosciderit. Pertinent huc Heracliti dicta apud Diogen. Laert. IX, 2 *ὕβριν χρὴ σβεννύειν μᾶλλον ἢ πυρκαΐην, καὶ μάχεσθαι χρὴ τὸν δῆμον ὑπὲρ τοῦ νόμου ὅκως ὑπὲρ* (leg. *ὅκωσπερ*) *τείχεος . . . καθάπτεται τῶν Ἐφεσίων ἐπὶ τῷ τὸν Ἑρμόδωρον τὸν ἑταῖρον ἐκβαλεῖν . . . ἀξιούμενος δὲ καὶ νόμους θεῖναι ὑπερεῖδε διὰ τὸ ἤδη κεκρατῆσθαι τῇ πονηρᾷ πολιτείᾳ τὴν πόλιν.* Cfr. Kusterum Praef. ad Iamblich. V. Pythag. p. V. Verissimum autem est quod praeeunte Reiskio reposui *ἀστῶν* pro edito *Ἀσίᾳ*, cui nullus hic locus est. Ac planissime confirmat illud Pal. in quo est *ασιωι*. Priora alii aliter emendare conati sunt. Reiskius *κλὰξ γὰρ καινοτόμων.* Brunckius *λὰξ γὰρ ἐγὼ κοτέων.* J. G. Schneiderus *λὰξ γὰρ ἐγὼ πατέων.* Mihi neque *κλὰξ* neque *λὰξ* huic loco aptum, sed potius *πὰξ* i. e. satis est, ne verbum amplius, scribendum videtur. V. supra

ad Asclepiad. XXVI, 2. Sequentia an recte emendaverim nescio; at sententia non inepta est; ἀστοὺς παρὰ καιρὸν ἴτας dicit cives πολυπραγμονοῦντας et importune audaces. De voce ἴτης vide H. Stephanum Thes. IV, p. 721, et Jacobs. Lectt. Stob. p. 12. Vs. 5 dubitari potest annon rectius scribatur ἐπεὶ τάχα καὶ σύ τι πείσῃ. In his ἐπεὶ ex cod. Pal. revocavi. Minari videtur hospes Heraclito verendum esse ne ossa eius ex patria eiiciantur. Verba χαῖρε σὺ δέ, quae versu sexto leguntur, cum irrisione interposita sunt. Ceterum prorsus assentior Graefio Meleagri nomen huic epigrammati detrahenti.

MELEAGER Pal. IX, 16.

Τρισσαὶ μὲν Χάριτες, τρεῖς δὲ γλυκυπάρθενοι Ὧραι,
τρεῖς δ' ἐμὲ θηλυμανεῖς οἰστροβολοῦσι Πόθοι.
ἦ γάρ τοι τρία τόξα κατείρυσεν, ὡς ἄρα μέλλων
οὐχὶ μίαν τρώσειν, τρεῖς δ' ἐν ἐμοὶ κραδίας.

Postremo versu nescio an scripserit Meleager τρεῖς δ' ἐν ἑνὶ κραδίας, quod edito aliquanto argutius est et huius poetae ingenio dignissimum. Cfr. idem Anth. Pal. XII, 80. *Κύπρι, τί μοι τρισσοὺς ἐφ' ἕνα σκοπὸν ἤλασας ἰούς, ἐν δὲ μιῇ ψυχῇ τρισσὰ πέπηγε βέλη.*

MELEAGER Pal. XII, 53.

Εὔφορτοι νᾶες πελαγίτιδες, αἳ πόρον Ἕλλας
πλεῖτε καλὸν κόλποις δεξάμεναι βορέην,
ἤν που ἐπ' ἠϊόνων Κῷαν κατὰ νᾶσον ἴδητε
Φανίον εἰς χαροπὸν δερκομέναν πέλαγος,
τοῦτ' ἔπος ἀγγεῖλαι· καλὴ νύξ, σός με κομίζει
ἵμερος οὐ ναύταν, ποσσὶ δὲ πεζοπόρον.

εἰ γάρ τοῦτ' εἴποιτ', εὖ τέλοι αὐτίκα καὶ Ζεὺς
οὔριος ὑμετέρας πνεύσεται εἰς ὀθόνας.

In his priora disticha nihil difficultatis habent. Poeta circa Hellespontum versans naves inferiorem maris Aegaei partem petituras rogat, ut si insulam Con praeterlabentes in litore Phanium videant, huic ardentissimum suum amorem testentur. Sed magna difficultate quintus versus premitur, quem Jacobsius fere ex Brunckii sententia exhibuit, nisi quod is pro *ἀγγεῖλαι* scripserat *ἀγγείλασθε*. Codicis lectio haec est: *τοῦτ' ἔπος ἀγγείλατε καλὴ νοὲς ὥς με κομίζει.* Quam non recte emendatam esse apertum est. Ineptissimum enim est naves iis verbis uti, quibus ipse poeta praesens praesentem puellam compellaret. Itaque illud *καλὴ νυέ* infelicissime excogitatum esse iudico. Ut brevi dicam, locus ita expediendus est:

τοῦτ' ἔπος ἀγγείλαιτε, καλαὶ νέες, ὥς με κομίζει
ἵμερος οὐ ναύταν, ποσσὶ δὲ πεζοπόρον.

Quo nihil ad totius carminis sententiam aptius, nihil simplicius. Restat septimus versus, quem fortasse alii expedient. Hoc unum intelligere mihi videor, verba *εὖ τέλοι* neque cum Graefio in *εὖ στέλλοισθ'* nec cum Jacobsio in *ἀεὶ εὖ πέλοι* mutanda esse, sed latere forsan in iis adiectivum *εὐπέμπελοι*, i. e. *εὐάρεστοι*, faciles, obsequiosae. Ea voce usus est Aeschylus Eumen. 470 *αὗται δ' ἔχουσι μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον*, quod optime interpretatur scholiastes: *εὐχερῆ, εὐάρεστον. δυσάρεστοι φύσει εἰσὶν αὗται.* Apud Hesiodum Opp. 722 *δυσπέμφελος* scholiastes explicat *σκληρὸς καὶ δυσάγωγος, δυσάρεστος καὶ ἀσυνδύαστος.* Plura suppeditat H. Stephanus Thes. L. G. v. *δυσπέμφελος.* Ceterum navibus mandata dari, quibus perlatis felici-

bus ventis usurae sint, Jacobsio vix probabile, mihi felicissimum videtur commentum esse.

MELEAGER Pal. XII, 82.

Ἔσπευδον τὸν Ἔρωτα φυγεῖν, ὁ δὲ βαιὸν ἀνάψας
φανίον ἐκ τέφρης εὗρέ με κρυπτόμενον.
κυκλώσας δ' οὐ τόξα, χερὸς δ' ἀκρώνυχα δισσόν,
κνίσμα πυρὸς θραύσας εἴς με λαθὼν ἔβαλεν.
ἐκ δὲ φλόγες πάντῃ μοι ἐπέδραμον. ὦ βαρὺ φέγγος
λάμψαν ἐμοί. μέγα πῦρ Φανίον ἐν κραδίᾳ.

Elegantissime ludit in ambiguitate nominis *φανίον*, quod et faculam significat et puellae nomen est, ut in superiore carmine. Versu tertio scripsi praeeunte, quem Seidlerum esse suspicor, anonymo apud Jacobsium, *ἀκρώνυχα δισσὸν* pro vulgato *ἀκρώνυχα δισσά.* In fine carminis corrigendum videtur: *ὦ βραχὺ φέγγος λάμψαν ἐμῇ μέγα πῦρ φανίον ἐν κραδίᾳ,* quorum verborum hic sensus est: o facula, quae exigua primum lux extitisti, nunc vehemens in pectore ignis. Illud *μέγα πῦρ* necessario oppositionem sibi postulat; itaque *βραχὺ* scripsi pro *βαρύ.* Atque ita plane carmine sequenti habes Anth. Pal. XII, 83.

ἐκ δέ με φέγγος ἔτηξε· τὸ δὲ βραχὺ φανίον ὤφθη
πῦρ ψυχῆς τῇ 'μῇ καιόμενον κραδίᾳ.

Ubi vicissim ad *πῦρ* adiectivum requiritur quod *τῷ βραχεῖ φανίῳ* oppositum sit; nec dubito quin id in *ψυχῆς* lateat.

TULLIUS LAUREA Pal. XII, 24.

Εἴ μοι χαρτὸς ἐμὸς Πολέμων καὶ σῶος ἀνέλθοι,
. . . . οἷος α . . . . κοίρανε, πεμπόμενος,

ῥέ-

ῥέξειν, οὐκ ἀπόφημι, τὸν ὀρθροβόην παρὰ βωμοῖς
ὄρνιν ἐν εὐχωλαῖς ὡμολόγησα τεοῖς.
εἰ δέ τι τῶν ὄντων τότε οἱ πλέον ἢ καὶ ἔλασσον
ἔλθοι ἔχων, λέλυται τοὐμὸν ὑποσχέσιον.
ἦλθε δὲ σὺν πώγωνι· τὸ δ' εἰ φίλον αὐτὸς ἑαυτῷ
εὔξατο, τὴν θυσίην πρᾶσσε τὸν εὐξάμενον.

Lacuna, quam alii aliter removere conati sunt, mihi commodissime ita expleri posse videtur ut scribatur: *τοιόσδ' οἷος ἄρ' ἦν, κοίρανε, πεμπόμενος.* Cfr. Theocrit. Idyll. 22, 59 *τοιόσδ' οἷον ὁρᾷς.* Vs. 4 cod. *ὃν εὐχωλαῖς ὡμολόγησα τεαῖς,* quod nescio an paullo calidius Jacobsius Schneideri coniecturam sequutus mutaverit. Neque elegans est illud *οὐκ ἀπόφημι* parenthetice interpositum, neque articulus ante *ὀρθροβόην* tolerari potest sublato pronomine *ὅν.* Nihil autem causae video cur *εὐχωλαῖς τεαῖς* damnetur. Plane ita Menander loquutus est Leucad. I, 4 *ἀλλὰ κατ' εὐχὴν σήν, δέσποτ' ἄναξ, εὐφημείσθω τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς,* ex tuo voto, quemadmodum tibi vovimus. Itaque ita scribendum videtur:

Εἴ μοι χαρτὸς ἐμὸς Πολέμων καὶ σῶος ἀνέλθοι,
τοιόσδ' οἷος ἄρ' ἦν, κοίρανε, πεμπόμενος,
ῥέξειν οὐκ ἀπόφημι τὸν ὀρθροβόην παρὰ βωμοῖς
ὄρνιν, ὃν εὐχωλαῖς ὡμολόγησα τεαῖς.

Vides quam apte iam et concinne omnia sibi respondeant, *εἰ μὲν σῶος ἀνέλθοι, οὐκ ἀπόφημι ῥέξαι,* et *εἰ δὲ ἔλασσον ἔλθοι ἔχων, λέλυται τὸ ὑποσχέσιον.* Praeterea versu primo malim *εἰ μὲν χαρτὸς ἐμοί.*

LUCIANUS Pal. XI, 430.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
καὶ τράγος εὐπώγων αἰπόλος ἐστὶ Πλάτων.

Parum probabili coniectura *αἰπόλος* viri docti in *εὔστοχος* mutandum censuerunt; nec probabilius Jacobsius tentat *αἱμύλος*. Scribendum suspicor *ἴξαλος*, quod frequens est lascivientis capri epitheton, ex ipso Homero cognitum. Cfr. Agathias Anth. Pal. VI, 32 *δασυχαίταν ἴξαλον κνακὸν ὑπηνήταν τόνδ' ἀνέθηκε τράγον.* Leonidas Tar. Anth. Pal. IX, 99 *ἴξαλος εὐπώγων αἰγῶν πόσις.*

MACEDONIUS Pal. V, 238.

Τὸ ξίφος ἐκ κολεοῖο τί σύρεται; οὐ μὰ σέ, κούρη,
οὐχ ἵνα τι πρήξω Κύπριδος ἀλλότριον.
ἀλλ' ἵνα σοι τὸν Ἄρηα καὶ ἀζαλέον περ ἐόντα
δείξω τῇ μαλακῇ Κύπριδι πειθόμενον.
οὗτος ἐμοὶ ποθέοντι συνέμπορος, οὐδὲ κατόπτρου
δεύομαι, ἐν δ' αὐτῷ δέρκομαι αὐτὸν ἐγώ·
καὶ καλὸς ὡς ἐν ἔρωτι. σὺ δ' ἢν ἀπ' ἐμεῖο λαθῆναι,
τὸ ξίφος ἡμετέρην δύσεται ἐς λαγόνα.

Versu tertio *Ἄρης* de ferro explicandum, ut apud Antipatrum Thess. Anth. Pal. VII, 531 *βαψαμένα κοίλων ἔντος ἄρη λαγόνων*, et apud incertum poetam IX, 431 *καὶ χρυσὸν φιλέω καὶ δήϊον ἄρεα φεύγω.* Eandem interpretationem fuerunt inter veteres criticos qui adhiberent Homero Il. XV, 569 et XVI, 543. Postrema gravi laborant vitio, quod non sustulit interpolatio Planudis, qui *λαθῆναι* mutabat in *λυθείης*. Mihi vix dubitari posse videtur quin scripserit poeta:

σὺ δ' ἣν ἀπ' ἐμεῖο λιασθῇς, de quo verbo vide Buttmannum Lexil. I, p. 72 sqq.

NICARCHUS Pal. V, 39.

Οὐκ ἀποθνήσκειν δεῖ με; τί μοι μέλει, ἤν τε ποδαγρός
ἤν τε δρομεὺς γεγονὼς εἰς Ἀΐδην ὑπάγω;
πολλοὶ γάρ μ' αἴρουσιν· ἔα χωλόν με γενέσθαι.
τῶνδ' ἕνεκεν γὰρ ἴσως οὔποτ' ἐῶ θιάσους.

Versu tertio olim legebatur πολλοὶ γάρ μ' ἐρέουσιν. Brunckius ἐρέθουσιν. Cod. Pal. αἱροῦσιν. Unde Jacobsius edidit αἴρουσιν. At futurum necessarium est, quod sensit etiam Grotius, cuius haec est translatio:

Multi me tollent; fiam sine claudus: ob illud
ne dulces thiasos sit mihi deserere.

Scribendum igitur ἀροῦσιν, quod recte prima producta dici adhuc nonnisi Atticorum poetarum exemplis constabat. Versu quarto Jacobsius Grotium sequutus coniicit τῶνδ' ἕνεκεν χαρτοὺς (vel ἕνεκ' εὐχαρίτους) οὔποτ' ἐῶ θιάσους. Potuisset fortasse lenius τῶνδ' ἕνεκεν Χαρίτων οὔποτ' ἐῶ θιάσους, nisi id pro persona dicentis paullo verecundius esset. Itaque vide an ita scribendum sit: τῶνδ' ἕνεκεν γὰρ ἴδ' ὡς οὔποτ' ἐῶ θιάσους, quo modo Diotimus loquutus est Anth. Pal. V, 106 τὴν ἰδιχὴν οἶμον ἴδ' ὡς φέρομαι, multique alii, quorum testimonia apposuit Jacobsius ad Anth. Plan. IV, 182. Quam quis editae lectionis tuendae rationem inire possit, ut ἴσως cum Attica quadam modestia et urbanitate (Buttmann. ad Sophocl. Philoct. 186. Schaefer. ad Longum p. 357) de re certa dictum esse contendat, ea ab hoc loco aliena est.

NICARCHUS Pal. VI, 285.

Κύπριδι τὸν κάλαθόν τε τὰ πηνία καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς
ἄρμεν' ἐπὶ προδόμου πάντα πυρῆς ἔθετο.

Recte tuetur Jacobsius quod secundo versu legitur *πυρῆς*. Nimirum rogo ante fores extructo imponebat artis suae instrumenta Nicaceta. Sed primo versu transpone *τὸν κάλαθον τά τε πηνία.*

PALLADAS Pal. X, 56.

Nullum certum castitatis mulierum indicium esse dicit; turpes adspectu saepe esse salacissimas, formosas autem castas et pudicas. Tum ita pergit:

οὐκ εἴ τις συνάγει τὰς ὀφρύας οὐδὲ γελῶσα
φαίνεται ὀφθῆναί τ' ἀνδράσιν ἐκτρέπεται,
σωφροσύνης τρόπος οὗτος ἐχέγγυος· ἀλλά τις εὕροι
μαχλάδα μὲν κρύβδην τὴν πάνυ σεμνοτάτην,
τὰς δ' ἱλαρὰς καὶ πᾶσι φιλανθρώπως προσιούσας
σώφρονας, εἰ σώφρων ἐστὶ γυνή τις ὅλως.
ἡλικίᾳ τοίνυν τάδε κρίνετε· ἀλλ' Ἀφροδίτης
οἴστρων εἰρήνην οὐδὲ τὸ γῆρας ἄγει.
ὅρκοις λοιπὸν ἀεί τι πεποίθαμεν· ἀλλὰ μεθ' ὅρκον
ζητεῖν ἐστὶ θεοὺς δώδεκα καινερέου.

Primo horum versuum vinciendae orationis causa scribendum *οὐδ' εἴ τις*. Versu tertio, quem non recte explicari video, *σωφροσύνης* pendet ob *ἐχέγγυος*. Distichon quartum adscripsi ex Jacobsii coniectura. Cod. *ἡλικίᾳ τοίνυν ἧδε κρίνετ'· ἀλλ' Ἀφροδίτης οἶστρον εἰρήνης οὐδέ τι γῆρας ἀεί.* Quae verissime correcta sunt, nisi quod praeterea *κρίνεται* scribendum. Verba autem haec sic intelligenda sunt, quasi obiiciantur ab

aliquo, meliusque forsan per interrogationem efferuntur: itaque aetate res discernitur? Eadem in ultimo disticho ratio est verborum, *ὅρκοις λοιπὸν ἀεί τι πεποίθαμεν;* ubi malim *πεποίθομεν*, i. e. *πεποίθωμεν*, ut apud Homerum Od. 10, 335. Verte: iuramentis igitur abhinc fidem habeamus? Pro *τι* cod. *τε*, frequenti huius libri errore, ut in carmine poetae incerti XII, 145 *κάλλος ἐνὶ χθονίοις ἡδύ τε* (leg. *τι*) *κἀθανάτοις*, et apud Persen IX, 334 *ὡς ὅτε* (leg. *ὅ τι*) *δημογέρων δύναται θεὸς ἀνδρὶ πενέστῃ δωρεῖσθαι, τούτων κύριός εἰμι Τύχων*. Postremam totius carminis vocem in *καινοτρόπους* mutandam censebat Jacobsius. Imo disiunctis quae male coaluerunt litteris scribendum: *ἀλλὰ μεθ' ὅρκον ζητεῖν ἔστι θεοὺς δώδεκα. καὶ νὴ ἐρέου.* H. e. nova et mira sciscitatus es, quum interrogabas num iuramentis mulierum fides habenda esset, non cogitans frustra quaeri deos periurii ultores. *Τῶν γὰρ φιλούντων ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.*

PALLADAS Pal. IX, 175.

Καλλίμαχον πωλῶ καὶ Πίνδαρον, ἠδὲ καὶ αὐτὰς
πτώσεις γραμματικῆς πτῶσιν ἔχων πενίης·
Δωρόθεος γάρ ἐμὴν τροφίμην σύνταξιν ἔλυσεν,
ὥστε με τοῦ τε πιεῖν τοῦ τε φαγεῖν ἀπορεῖν.
Ἀλλὰ σύ μου πρόστηθι, θεῷ φίλε, μηδέ μ' ἐάσῃς
συνδέσμῳ πενίης τὸν βίον ἐξανύσαι.

Poeta grammaticae et Dorotheo, cui suam adhuc operam addixerat, se renunciare dicit, ad alium patronum transiturus. Hunc alium quem sibi exoptat patronum, non credibile est poetam compellare verbis *θεῷ φίλε*, pro quibus recte Brunckius ipsum viri nomen deside-

rabat. Sed male scripsit *Θεόφιλε*. Legendum potius *Θέων φίλε*. Theonem autem dicit celeberrimum illum geometram et philosophum Alexandrinum, cuius filiam Hypatiam, nobilissimam et eruditissimam feminam, Palladas celebrat in poematio Anth. Pal. IX, 400. Cfr. Damascius apud Suidam s. v. *Ὑπατία*, et J. C. Wernsdorfii Comment. de Hypatia philosopha Alex. Witteberg. 1747 sq. Eiusdem huius Theonis quod legitur epigramma Anth. Pal. VII, 299:

Ἀλκυόσιν, Λήναιε, μέλεις τάχα· κωφὰ δὲ μήτηρ
μύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῖο μυρομένη σε τάφου,

eius alterum versum ab aliis aliter tentatum equidem ita refinxerim: *μύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῖο μινυρομένη σε τάφοιο.*

MARCUS ARGENTARIUS Pal. VI, 201.

Σάνδαλα καὶ μίτρην περικαλλέα τόν τε μυρόπνουν
βόστρυχον ὡραίων οὖλον ἀπὸ πλοκάμων,
καὶ ζώνην καὶ λεπτὸν ὑπένδυμα τοῦτο χιτῶνος,
καὶ τὰ περὶ στέρνοις ἀγλαὰ μαστόδετα,
**ἄμβροτον εὐώδινος ἐπεὶ φύγε νηδύος ὄγκον*
**εὐφράντῃ νηῷ θῆκεν ὑπ' Ἀρτέμιδος.*

Merito critici nomen puerperae desiderant. Sed male Brunckius coniectavit *Ἄμβροσις* (sic) *εὐώδινος* et versu sequenti *εὐφρανθεῖσα νεῷ*. Nec felicior fuit Jacobsius, qui scripsisse poetam coniicit *Ἀμβροσίη 'ξ ὠδῖνος ἐπεὶ φύγε νηδύος ὄγκον εὐφανέος νηῷ* etc. Habebant ante oculos quod quaerebant:

ἄμβροτον εὐώδινος ἐπεὶ φύγε νηδύος ὄγκον
Εὐφράντῃ νηῷ θῆκεν ὑπ' Ἀρτέμιδι.

Cuius nominis exemplum habemus apud eundem Marcum Anth. Pal. V, 110. Neque dubito quin id ipsi

vidissent viri doctissimi, nisi quod vs. 5 legitur *ἄμβροτον ὄγκον* pro corrupto habuissent. Atqui haec verba sanissima sunt. Nimirum abortum fecerat Euphrante. Notum est quid sit *ἀβροτεῖν* et *ἀβροτάζειν*. Hinc *ἄβροτος* sive *ἄμβροτος* idem est quod *ἁμάρτητος*, *ἁμαρτωλός*, frustratus, nec differt ab *ἀβροτήμων*. Apud Hesychium, *Ἀμβρότιγνον: ἄκυρον*, fortasse *ἀμβροτῆμον* scribendum est. Quod deinceps addit poeta *εὐώδινος*, sive is genitivus est sive nominativus, ad partus facilitatem referendum.

MARCUS ARGENTARIUS Pal. VII, 403.

Ψύλλος ὁ τὰς ποθινὰς ἐπιμισθίδας αἰὲν ἑταίρας
πέμπων ἐς τὰ νέων ἡδέα συμπόσια,
οὗτος ὁ θηρεύων ἀπαλόφρονας, ἐνθάδε κεῖται
αἰσχρὸν ἀπ' ἀνθρώπων μισθὸν ἐνεγκάμενος.

Versu tertio legendum videtur *ἀταλόφρονας*, quo iuventutis imperitia melius indicatur quam altero. Similiter apud Archilochum Schneidew. Del. poet. p. 195 *κλέψας* (Amor) *ἐκ στηθέων ἀπαλὰς φρένας*, legendum *ἀταλάς*. Psylli lenonis nomen fortasse ex Menandro derivatum. V. Fragm. Com. IV, p. 80.

PHILODEMUS Pal. V, 306.

Δακρύεις, ἐλεεινὰ λαλεῖς, περίεργα θεωρεῖς,
ζηλοτυπεῖς, ἅπτῃ πολλάκι, πυκνὰ φιλεῖς.
ταῦτα μέν ἐστιν ἐρῶντος· ὅταν δ' εἴπω, παράκειμαι·
καὶ σὺ μένεις, ἁπλῶς οὐδὲν ἐρῶντος ἔχεις.

Nec Toupii coniectura probari potest, qui quarto versu *καὶ σὺ μένεις ἄπλους* scribi voluit, nec quod Jacobsius

commendat *καὶ σὺ μένεις ἄλλως*, et tu frustra expectas. Non dubitari potest quin scripserit poeta:

ταῦτα μέν ἐστιν ἐρῶντος· ὅταν δ' εἴπω „παράκειμαι,
καὶ σύ μ' ἔχεις" ἀπλῶς οὐδὲν ἐρῶντος ἔχεις.

PHANIAS Pal. VI, 304.

'Ακτῖτα καλαμευτά, ποτὶ ξερὸν ἔλθ' ἀπὸ πέτρας,
καί με λάβ' εὔαρχον πρώϊον ἐμπολέα,
αἴτε σύ γ' ἐν κύρτῳ μελανουρίδας, αἴτε τιν' ἀγρεῖς
μορμύρον, ἢ κίχλην ἢ σπάρον ἢ σμαρίδα.
αὐτὸν αὐδάσεις με τὸν οὐ κρέας, ἀλλὰ θάλασσαν
τιμῶντα ψαφαροῦ κλάσματος εἰς ἀπάταν.
χαλκίδας ἢν δὲ φέρῃς, φίλ', ἀκανθίδας ἤ τινα θρίσσαν,
εὐάγρει· λιθίναν οὐ γὰρ ἔχω φάρυγα.

Versu primo recte Passovius *ἀκτῖτ' ὦ καλαμευτά*. Quamquam enim vocativi isti apud Anthologiae poetas ultimam saepe producunt, non veri tamen simile est, diversam mensuram in duobus deinceps vocabulis Phaniam sequutum esse. Vs. 2 cod. Pal. *λάβεν ἀρχάν*. Scribendum igitur *εὐάρχαν*. Similiter pro *ναύαρχος* legitur *ναυάρχας*, et *ἱππάρχης* pro *ἵππαρχος* in titulis Cyzicenis apud Boeckh. II, p. 180. Vs. 4 *σμαρίδα* scribas an *μαρίδα* nihil interest. V. Schweigh. ad Athen. VII, p. 313 *a*. Apud Marcellum Sid. Fragm. de Pisc. 33 *καὶ σαῦροι χάννοι τε καὶ ὀρφέες ἠδὲ γαρίσκοι*, pro ultima voce scribendum *μαρίσκοι*. Vs. 5 non sufficere videtur quod Jacobsius pro *αὐτὸν* reponi voluit *ἄρτιον*. Sed idem recte explicuit sequentem versum. Vs. 7 *ἀκανθίς* ut adiectivum esse credam non adducor. Cod. *φιλοκανθίδας*. Itaque scripsisse videtur poeta *χαλκίδας ἢν δὲ φέρῃς φιλακανθίδας* i. e. *ἀκαν-*

θώδεις. Ita *φιλανθής* est floridus apud Rufinum V, 72, 3. *φιλοκαμπής* incurvus apud Phaniam VI, 294, 3.

PHANIAS Pal. XII, 31.

Ναὶ Θέμιν ἀκρήτου καὶ τὸ σκύφος ᾧ σεσάλευμαι,
Πάμφιλε, βαιὸς ἔχει τὸν σὸν ἔρωτα χρόνος.
ἤδη γὰρ καὶ μηρὸς ὑπὸ τρίχα καὶ γένυς ἡβᾷ,
καὶ πόθος εἰς ἑτέρην λοιπὸν ἄγει μανίην.

Themin obtestatur poeta eodem consilio quo Nemesin memorat Meleager XII, 33 *ἔστι καὶ ἐν γλουτοῖς φυομένη Νέμεσις.* Versu tertio Salmasius *ὑπόθριξ,* quod qui merito reiicit Jacobsius vulgatum ita explicat, ut femur pilorum quasi imperio subiectum dicatur. Quae quum paullo durior sit ratio, vide an scripserit poeta *ἤδη γὰρ καὶ μηρί' ὑπότριχα. Μηρία* pro *μηροί* dixit Bion I, 84 *ὁ δὲ μηρία λούει.*

CRINAGORAS Pal. VII, 636.

Ποιμὴν ὦ μάκαρ, εἴθε κατ' οὔρεος ἐπροβάτευον
κἠγώ, ποιηρὸν τοῦτ' ἀνὰ λευκόλοφον
κριοῖς ἀγητῆρσί ποτε βληχήμενα βάζων
ἢ πικρῇ βάψαι νήοχα πηδάλια
ἅλμῃ· τοιγὰρ ἔδυν ὑποβένθιος, ἀμφὶ δὲ ταύτην
θῖνά με ῥοιβδήσας Εὖρος ἐφωρμίσατο.

Versu primo Gerhardus scribebat *ποιμὴν ὦ μακάριστε, κατ' οὔρεος* etc. Quae distinctio ut ad numeros paullo elegantior est, ita sententiam carminis pervertit. Hoc enim dicit: utinam ego pastoritiam potius vitam quam nauticam sequutus essem. Versu tertio Brunckius infelici audacia edidit *κριοῖς ἀγητῆρσι μετὰ*

βληχὴν ἀκολουθῶν. Nec probari potest quod Jacobsius coniecit *ἀγητῆρσι μέτα βλήχημα βαβάζων.* Revocanda elegantissima cod. Pal. scriptura:

κριοῖς ἀγητῆρσι ποτ' ἐβληχημένα βάζων,

h. e. arietibus, ovium ducibus, balatus imitamina obgarriens. Quod inter lusus et oblectamenta pastorum est. Ad dictionis formam, *ἐβληχημένα προσβάζειν*, simillimum est quod dixit Euphorion Fragm. XXXVIII, 3 *πορφυρέη ὑάκινθε — γεγραμμένα κωκύουσα.*

CRINAGORAS Pal. VII, 741.

Ὀθρυάδην, Σπάρτης τὸ μέγα κλέος, ἢ Κυνέγειρον
ναύμαχον ἢ πάντων ἔργα κρατεῖ πολέμων
Ἄρριος αἰχμητὴς Ἰταλός· παρὰ χεύμασι Νείλου
κλινθεὶς, ἐκ πολλῶν ἡμιθανὴς βελέων
αἰετὸν ἁρπασθέντα φίλου στρατοῦ ὡς ἴδ' ὑπ' ἐχθροῖς
αὖτις ἀρηϊφάτων ἄνθορεν ἐκ νεκύων.

Ita haec constituit Jacobsius, *κάλει*, quod vs. 2 codex habet, mutato in *κρατεῖ*, ut Arrhius omnium bellorum facinora superasse dicatur. Quod ut *κρατεῖν* significare posse concedo, ita meo quidem iudicio Arrhius non Othryadae vel Cynegiri vel omnium gloriam post se reliquisse dicendus erat, sed *καὶ Κυνέγειρον* et *καὶ πάντων πολέμων ἔργα.* Itaque vide an locus ita constitui possit:

Ὀθρυάδην, Σπάρτης τὸ μέγα κλέος, ἢ Κυνέγειρον
ναύμαχον, ἢ πάντων ἔργα λάλει πολέμων.
Ἄρριος αἰχμητὴς Ἰταλὸς παρὰ χεύμασι Νείλου —

Tu, inquit, Othryadae vel Cynegiri vel quidquid unquam fortiter et praeclare in bellis gestum est iacta; Arrhius omnium gloriam longe longeque superat. Hanc

postremam sententiam ita extulit poeta, ut continuo ipsum illud Arrhii factum exponeret. Recte autem me scripsisse credo *λάλει*, iacta, quo etiam Diphilus usus est Athen. p. 292 *b.* (Comic. graec. IV, p. 395) *λαλῶν τὰ ναῦλα καὶ τὰ δάνει' ἐρυγγάνων*, ubi *λαλεῖν* et *ἐρυγγάνειν* fere ut synonyma coniuncta sunt. Eodem sensu verbum *ἐρυγγάνειν* interpretor in loco poetae anonymi Anthol. Pal. V, 2:

Τὴν καταφλεξίπολιν Σθενελαΐδα, τὴν βαρύμισθον,
τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσὸν ἐρευγομένην.

Quae, ut mihi quidem videtur, iniuria a viris doctissimis in vitii suspicionem adducta sunt. Nimirum Sthenelais iis qui eius consuetudinem appeterent divitias suas ex corporis quaestu collectas iactabat, quo maius amatoribus concubitus pretium extorqueret.

BACCHYLIDES Pal. VI, 313.

Κούρα Πάλλαντος, πολυώνυμε πότνια Νίκα,
πρόφρων Κραναίων ἱμερόεντα χορόν
αἰὲν ἐποπτεύοις, πολέας δ' ἐν ἀθύρμασι Μουσᾶν
Κηΐῳ ἀμφιτίθει Βακχυλίδῃ στεφάνους.

Ita Brunckio praeeunte versum secundum edidit Jacobsius, quod non recte factum esse docet mensura nominis *Κραναῖος*, quod primam corripit. Cod. Pal. *Κρανναίων.* Corrigendum *Κραναϊδῶν*, in quo syllaba illa eadem licentia producitur, qua id in aliis quoque quadrisyllabis nominibus fieri constat, ut in *Τραγασίῃ* apud Nicaenetum Parthenii Erot. XI, 2, in *Σατύριον* in oraculo apud Strabon. VI, 279, in *Θρασύμαχος* apud Lucilium Anth. Pal. XI, 309 (quod male in *Θαρσύμαχος* mutatum est), in *Στασικράτης* apud Po-

lystratum Anth. Pal. XII, 91 aliisque, ne trita illa et omnibus nota commemorem. Primo versu quae compellatur Victoria, Pallantis filia, h. e. Minerva, *Παλλαντιὰς κόρη* dicitur etiam Philippo Anth. Pal. VI, 247. Illam *Νίκην Ἀθηνᾶν* ab Atheniensibus cultam praeter Bacchylidem memorat Sophocles Phil. 134. Menander Com. gr. vol. IV, pag. 282. Nonnus Dion. XXXVII, 623.

BACCHYLIDES Pal. VI, 52.

Εὔδημος τὸν νηὸν ἐπ' ἀγροῦ τόνδ' ἀνέθηκεν
τῷ πάντων ἀνέμων πιοτάτῳ Ζεφύρῳ.
εὐξαμένῳ γάρ οἱ ἦλθε βοαθόος, ὄφρα τάχιστα
λικμήσῃ πεπόνων καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

Quod secundo versu legitur *πιοτάτῳ* vehementer falluntur qui Suida praeeunte interpretantur *θρεπτικῷ, αὐξητικῷ*, quam vim inesse illi adiectivo nec docuit quisquam, nec si inesset hoc loco apta esset. Eudemus enim Zephyro gratias agit, non quod eius foecunditatem expertus erat, sed quod paleas a frumentis secernenti leniter afflaverat, quam vim Favonii praedicat Columella R. R. II, 20, ubi Schneiderus in nostro epigrammate tentat *πρηΰτάτῳ*. Mihi *λειοτάτῳ* scribendum videtur. V. Lobeck. ad Sophoclis Aiac. 674. Versu tertio fortasse legendum *εὐξαμένῳ γὰρ ἐπῆλθε*.

DIODORUS Pal. V, 122.

Μή σύ γε μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδετ' ἀπ' ὄσσων
ἀμφοτέρων κλεινοῦ, κοῦρε, Μεγιστοκλέους,
κὴν στίλβῃ χαρίτεσσι λελουμένος, ἀμφιδοναίης
τὸν καλόν· οὐ γὰρ ὁ παῖς ἤπιος οὐδ' ἄκακος.

Ita vere opinor Jacobsius correxit vs. 1 cod. lectionem *εἴδεται ὄσσων*. Neque vero in hoc acquiescere debebat vir egregius. Mihi quidem permirum videtur nec nomen amati pueri a poeta esse appositum, et eum qui insidiatur illi et ipsum appellari *κοῦρον*. Quo accedit quod *ἀμφοτέρων* nullam plane hoc loco vim habet et plane iners oculorum epitheton est. His incommodis haec medetur emendatio:

Μὴ σύ γε μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδετ' ἀπ' ὄσσων
'Αμφοτερὸς κλεινοῦ, Κῦρε, Μεγιστοκλέους.

De nomine *'Αμφοτερός* v. Plutarch. Mor. p. 177 *F*. Herodianum apud Schol. Venet. ad Iliad. *π'* 415. Arrhian. Anab. III, 2, 8 aliisque locis. Cyri nomen, ab Atticorum usu alienum, recentioribus Graecis frequentatum fuisse docet praeter alios Fronto Anth. Pal. XII, 171. Ac fuit etiam poeta huius nominis, cuius poematia composuit Brunckius Anal. II, p. 454. Versu tertio vere opinor Brunckius scripsit *ἀμφιδοκεύοις*.

SIMONIDES Pal. XIII, 14.

'Αργεῖος Δάνδης σταδιοδρόμος ἐνθάδε κεῖται,
νίκαις ἱππόβοτον πατρίδ' ἐπευκλείσας,
'Ολυμπίᾳ δὶς, ἐν δὲ Πυθῶνι τρία,
δύω δ' ἐν 'Ισθμοῖ, πεντεκαίδεκα Νεμέᾳ.
τὰς δ' ἄλλας νίκας οὐκ εὐμαρές ἐστ' ἀριθμῆσαι.

Vs. 4 Pal. *'Ισθμοί*. Scribendum *'Ισθμῷ*, non *'Ισθμοῖ*, quod non nisi adverbialiter dicitur. Male Schaeferus comparat quod passim legas *ἐν Πυθοῖ*, quod rectissime dictum est. Recentiores si quando *ἐν 'Ισθμοῖ* dixerunt, fecerunt id ipso illo *ἐν Πυθοῖ* decepti. In fine eiusdem versus revocanda lectio cod. *πεντεκαίδεκ'*

ἐν Νεμέᾳ. Quod Jacobsius et Schneidewinus ediderunt, vel propter ictum in ultima syllaba vocis *πεντεκαίδεκα* probari non potest. *Νεμέα* bisyllabum est, ut apud Pindar. Pyth. IV, 75. Cfr. Hermannum de metris Pind. p. 210. Huic simillimum est *ἐγχέας*, quod duabus syllabis extulit Anacreon apud Athen. X, p. 475 *a.* et Xenophanes ibid. XI, p. 782 *a.*

SIMONIDES Pal. XIII, 19.

Ἄνθηκεν τόδ' ἄγαλμα Κορίνθιος, ὅσπερ ἐνίκα
ἐν Δελφοῖς ποτε Νικολᾴδας,
καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε πέντ' ἐπ' ἀέθλοις
ἑξῆς ἀμφιφορεῖς ἐλαίου.
Ἰσθμῷ δ' ἐν ζαθέᾳ τρὶς ἐπισχερὼ ἀλλ' ἐγένοντο
ἀκτῇ Ποντομέδοντος ἆθλα.

Ita tertium distichon constituit Jacobsius. Cod. corruptissime *ἐπισχερὼ οὐδ' ἐγένοντο ἀκτίνων τομίδων παταθμοί.* Quae correctio eam ob causam haud improbabilis est, quod *οὐδ'* et *ἀλλά* non raro in codicibus permutantur, ut apud Maximum *περὶ κατ.* 106 sq.

οὐδέ κεν εὐπειθῇ μιν ἔχοι πόσις οὔτ' ἐπέεσσιν
οὔτ' ἔργοις, ἀλλ' ἀεί κε πανήμερον ὀρσολοπεύοι
μύθῳ ὀνειδείῳ καί τε πληγῇσιν ἰάπτοι.

Ubi sententia flagitat *οὐδ' εἴ κε πανήμερον ὀρσολοπεύοι.* Sed in Simonidis loco praestat haud dubie egregia Pflugkii emendatio, quam vir desideratissimus multos ante annos mecum communicavit, nunc Schneidewini consensu comprobatam, *ἐπισχερὼ οἶδ' ἀνελόντα ἀκτὰ Ποντομέδοντος ἆθλα.*

DIOGENES Pal. VII, 118.

Τὸν Κιτιέα Ζήνωνα θανεῖν λόγος ὡς ὑπὸ γήρως
πολλὰ καμὼν ἐλύθη, οἱ δὲ μένων ἄσιτος,
οἱ δ' ὅτι προσκόψας ποτ' ἔφη χερὶ γαῖαν ἀλοήσας
ἔρχομαι αὐτόματος δή, τί με, τί με καλεῖς;

Alterum distichon accessit ex Diogene Laert. VII, 31. Corruptissimum poemation, quod adscripsi ut legitur in editione Diogenis Hübneriani, tractavit Jacobsius ad h. l. et Hermannus Praef. Diog. vol. II, p. VII, neuter satis feliciter, nisi quod quartum versum recte Hermannus ex codd. Diogenis ita scripsit:

ἔρχομαι αὐτόματος· τί δὴ καλεῖς με;

Atque ad eandem metri speciem etiam secundus versus revocandus est. Fallitur enim Hermannus Diogenis verba (*εἴπομεν ὡς ἐτελεύτα ὁ Ζήνων καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ παμμέτρῳ*) ad hoc unum carmen referens, ex iisque coniiciens nullum versum debere idem cum alio metrum habere. V. Fragm. com. graec. IV, p. 386. Sic igitur scribendum:

Τὸν Κιτιᾶ Ζήνωνα θανεῖν λόγος ὡς ὑπὸ γήρως
πολλὰ καμὼν ἐλύθη μένων ἄσιτος·
οἱ δ' ὅτι προσκόψας ποτ' ἔφη χερὶ γᾶν ἀλοήσας·
ἔρχομαι αὐτόματος· τί δὴ καλεῖς με;

Veritatem emendationis ipse ostendit Diogenes, qui quum §. 28 sq. haec scripsisset: *ἐτελεύτα δὴ οὕτως· ἐκ τῆς σχολῆς ἀπιὼν προσέπταισε καὶ τὸν δάκτυλον περιέρρηξε· παίσας δὲ τὴν γῆν τῇ χερὶ φησὶ τὸ ἐκ τῆς Νιόβης „ἔρχομαι· τί μ' αὔεις;" καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτησεν ἀποπνίξας ἑαυτόν*, postea §. 31 apposito, quod nunc tractavimus, epigrammate, ita pergit: *ἔνιοι γὰρ καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τελευτῆσαί φασιν αὐτόν.*

DIOGENES Pal. VII, 123.

Καὶ σύ ποτ', Ἐμπεδόκλεις, διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας
πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.

Eodem modo haec scripta sunt apud Diog. Laert. VIII, 75. Atqui *κρητῆρες ἀθάνατοι* satis insolenter dictum est. Scribendum videtur *πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθάνατον.* Ceterum hoc quoque carmen *ἐκ τῆς παμμέτρου* petitum esse ipse diserte docet Diogenes. Ex eodem libro cum alia Diogenis epigrammata derivata sunt, tum etiam illud in Aristonem VII, 164, cuius tertius versus ita vulgo editur *τὸ γὰρ τὸ θερμὸν πλεῖον ἢ δέον ζητῶν.* Scribendum *τοιγάρ,* quod etiam Timoni apud Diogen. IV, 31 reddendum pro *τῇ γάρ.* In alio eiusdem Diogenis carmine IV, 20 legendum *μέλλων ἐς ἄστρα διαβαλεῖν* (pro *διαβαίνειν*) *θῆκεν χαμαί.*

BIANOR Pal. IX, 423.

Σάρδιες, αἱ τὸ πάλαι Γύγου πόλις αἵ τ' Ἀλυάττου,
Σάρδιες αἱ βασιλεῖ Περσὶς ἐν Ἀσιάδι.
αἳ χρυσῷ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον,
ὄλβον Πακτωλοῦ ῥεύματι δεξάμεναι,
νῦν δὲ ὅλαι δύστηνοι ἐς ἓν κακὸν ἁρπασθεῖσαι
ἐς βυθὸν ἐξ ἀφανοῦς χάσματος ἠρίπετε.
Βοῦρα καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλυσμένα, αἱ δ' ἐνὶ χέρσῳ
Σάρδιες ἐμβυθίαις εἰς ἓν ἔκεισθε τέλος.

Versu quinto hiatum sustuleris scribendo *νῦν δ' ὀλοαί, δύστηνοι, ἐς ἓν κακόν* etc. Vs. 6 *βυθὸν ἐξ ἀφανοῦς χάσματος* Jacobsius arcte coniungenda esse monet, voraginem immenso hiatu apertam. Rectius opinor *ἐξ ἀφανοῦς χάσματος* interpreteris immensa

vo-

voragine orta, qui frequens usus est praepositionis *ἐξ*. Praeterea recte haud dubie Planudes *ἀχανοῦς*. Ita *χάσμ' ἀχανὲς* dixit Parmenides vs. 18. Verbum *ἐρείπειν*, ut id obiter moneam, reddendum poetae incerto apud Bekk. Anecd. p. 1261 *κοῦραι πετράων ἔρριπον* (*ἤριπον*) *ἐξ ὑπάτων*. Versum septimum alii aliter refingere conati sunt. Jacobsius *Βοῦρα σὺ κεῖσ'* (i. e. *κεῖσαι*) *'Ελίκη τε κεκλυσμένα*. Mihi lenissima et sententiae accommodatissima ratio haec esse videtur ut scribatur: *Βοῦρα μὲν εἰσ' 'Ελίκη τε κεκλυσμέναι*. In quo schema habes Alcmanicum. Particula *μέν*, quae h. l. necessaria videtur, etiam alias in *καὶ* abiit.

DAMAGETUS Pal. VII, 541.

Ἔστης ἐν προμάχοις, Χαιρωνίδη, ὧδ' ἀγορεύσας,
ἢ μόρον ἢ νίκαν, Ζεῦ, πολέμοιο δίδου,
ἡνίκα τοι περὶ τάφρον 'Αχαιΐδα τῇ τότε νυκτί
δυσμενέες θρασέος δῆριν ἔθεντο πόνου.
ναὶ μὴν ἀλλ' ἀρετῆς σε διακριδὸν Ἆλις ἀείδει,
θερμὸν ἀνὰ ξείνην αἷμα χέαντα κόνιν.

Quintus versus in cod. Pal. ita legitur: *ναὶ μὴν ἀλλ' ἀρετή σε διακριδὸν ἀλὶς ἀείδη*. Quae etsi recte emendata sunt a criticis, magnam tamen dubitationem habet coniunctio particularum *ναὶ μὴν ἀλλά*. Accedit quod genitivus *ἀρετῆς* non expeditum explicatum habet. Scribendum haud dubie *ναὶ μὴν ἀμφ' ἀρετῇ σε διακριδὸν Ἆλις ἀείδει*, ut apud Pindarum Olymp. 5, 15 *ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται πρὸς ἔργον* et Pyth. 11, 55 *ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι*.

DAMAGETUS Pal. VII, 497.

Καί ποτε Θυμώδης τὰ παρ' ἐλπίδα κήδεα κλαίων
παιδὶ Λύκῳ κενεὸν τοῦτον ἔχευε τάφον·
οὐδὲ γὰρ ὀθνείην ἔλαχεν κόνιν, ἀλλά τις ἀκτή
νιὰς ἢ νήσων ποντιάδων τις ἔχει·
ἔνθ' ὅγε που πάντων κτερέων ἄτερ ὀστέα φαίνει
γυμνὸς ἐπ' ἀξείνου κείμενος αἰγιαλοῦ.

Vs. 4 cod. *νιάς*, superscripto *η*. Unde Brunckius edidit *νηϊάς*, quod de littore interpretatur ubi naves stationem habent. Merito hoc explosit Jacobsius, cui *ἢ σπιλὰς* aut *ἢ λέπας* scribendum videbatur. Ipse suspicabar *ἀκτὴ θινιάς*, littus arenosum, vel *ἀκτὴ γηϊάς*, continentis littus. Neutrum horum adiectivorum aliis locis legitur; at rectissime formata sunt.

DIOCLES CARYSTIUS Pal. VII, 393.

Μή με κόνι κρύψητε, τί γάρ; πάλι, μηδ' ἐπὶ ταύτας
ᾐόνας οὐκ ὀνοτὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε.
μαίνετ' ἴδ' εἴς με θάλασσα καὶ ἐν χέρσοισί με δειλόν
εὑρίσκει ῥαχίαις οἶδέ με κὴν Ἀΐδῃ.
χέρσον ἐπεκβαίνειν εἴ μευ χάριν ὕδατι θυμός,
πάρκειμαι σταθερῇ μιμνέμεν ὡς ἄταφος.

Ita versum tertium edidit Jacobsius. Atqui lectio cod. Pal. *μαίνετε δ' εἰς ἐμέ*, manifesto ostendit scribendum esse *μαίνεται εἴς με*. Mox idem codex *χέρσοισι*, sed sic ut postremis litteris *σοι* superscriptum sit; unde Jacobsio probante *χέρσοιο* correxit J. G. Schneiderus. Recte tamen legi videtur *χέρσοισι*, quod adiective dixit etiam Sophocles Antig. 251 *στυφλὸς δὲ γῆ καὶ χέρσος*. Tum quartum versum ita corrigere voluit

Huschkius: *εὑρίσκειν ῥαχίαις οἶδε καὶ εἰν Ἀΐδῃ.* Scribendum potius versu superiore *ἐν χέρσοισί τε δειλόν.* Itaque distichon hoc ita corrige:

μαίνεται εἴς με θάλασσα, καὶ ἐν χέρσοισί τε δειλόν
εὑρίσκειν ῥαχίαις οἶδέ με κἠν Ἀΐδῃ.

Vs. 6 recte Jacobsius *ἀρκοῦμαι*, nisi quod malim *ἀρκεῦμαι.*

POSIDIPPUS Pal. V, 211.

Δάκρυα καὶ κῶμοι, τί μ' ἐγείρετε, πρὶν πόδας ἆραι
ἐκ πυρός, εἰς ἑτέρην Κύπριδος ἀνθρακιήν;
λήγω δ' οὔποτ' ἔρωτος· ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης
ἄλγος ὁ μὴ κρίνων κοινὸν ἄγοντι πόθος.

Ineptissimae de secundo disticho prostant virorum doctorum coniecturae et interpretationes, quas vide apud Jacobsium Animadv. II, 1, p. 140, qui ipse nunc scribendum coniecit *ἄλγος, ὅ τ' ἐκ καινῶν καινὸν ἄγων τι πόθος*, sententia minus perspicua et oratione paulo durius conformata. Quodsi ad id quod dicere debuit poeta attendissent viri docti, non dubitari potest quin vidissent scribendum esse:

λήγω δ' οὔποτ' ἔρωτος· ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης
ἄλγος ὁ μὴ κρίνων καινὸν ἄγει τι Πόθος.

Novum semper vulnus afferre sibi dicit Amorem, nullo formarum delectu habito. Id enim significant verba *ὁ μὴ κρίνων*, in quibus *κρίνειν* idem est quod *ἐκκρίνειν*, ut apud Homerum *κρίνας ἐκ Λυκίης εὐρείης φῶτας ἀρίστους*, et *ἐς δ' ἐρέτας ἔκρινεν ἐείκοσι.* Itaque Amorem caecum esse indicat poeta. Possunt illa quidem etiam ita expediri ut scribatur: *ἀεὶ δέ μοι ἐξ*

'Αφροδίτης ἄλγος ὁ μὴ κρίνων κῶμον ἄγοντι Πόθος. Sed praestat, opinor, quod primo loco proposui.

POSIDIPPUS Pal. V, 213.

Πυθιάς, εἰ μὲν ἔχεις τιν', ἀπέρχομαι, εἰ δὲ καθεύδεις
ὧδε μόνη, μικρὸν πρὸς Διὸς ἐκκάλεσαι.
εἰπὲ δὲ σημεῖον, μεθύων ὅτι καὶ διακλωπῶν
ἦλθεν, Ἔρωτι θρασεῖ χρώμενος ἡγεμόνι.

Recte Jacobsius *Πυθιάς* ancillae nomen et versu primo *ἔχει* et *καθεύδει* scribendum esse vidit; sed *ἐκκαλέσαις*, quod idem vs. 2 reponit, mihi quidem non aptius videtur quam quod vulgo legitur *ἐκκάλεσαι.* Nam si sola cubat meretrix, quidni statim ipse intrat amator? Eam ob causam recte Brunckium scripsisse credo *ἐσκάλεσον*, nisi quod malim *ἐσκαλέσαις.* Vs. 3 *διακλωπῶν* ad sententiam ineptum et ad grammaticam vitiosum est; debebat enim esse *διακλωπώμενος.* Scribendum sine dubio quod iam Reiskium coniecisse video, *διὰ κλωπῶν,* ut medios per fures et nocturnos grassatores se iter ad amicam fecisse dicat. Denique vs. 4 non recte Jacobsius tuetur *ἦλθεν*, quod tum demum ferri posset, si amatoris nomen adiectum esset. Quod enim vir doctissimus ad Asclepiad. epigr. XXVI, 11 provocat: *εἰπὲ δὲ σημεῖον, βακχῶν ὅτι πέντ' ἐφίλησεν,* in eo *Βάκχων* scribendum esse supra docui. Itaque certissimum est scribendum esse *ἦλθον.* Sic igitur hoc carmen refingendum videtur:

Πυθιάς, εἰ μὲν ἔχει τιν', ἀπέρχομαι, εἰ δὲ καθεύδει
ὧδε μόνη, μικρὸν πρὸς Διὸς ἐσκαλέσαις·
εἰπὲ δὲ σημεῖον, μεθύων ὅτι καὶ διὰ κλωπῶν
ἦλθον Ἔρωτι θρασεῖ χρώμενος ἡγεμόνι.

THEODORIDAS Pal. XIII, 21.

Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταΐδα
τῶ 'λεγειοποιῶ.
ἁ Μῶσα δ' αὐτῶ τᾶς Σιμωνίδα πλάτας
ἧς ἀποσπάραγμα,
κενά τε κλαγγὰν κἀπιλακυθίστρια,
διθυραμβοχώνα.
τέθνακε, μὴ βάλωμες· εἰ δέ κε ζόεν,
τύμπανόν κ' ἐφύση.

Quod primo versu legitur *Πλαταΐδα*, pro quo *Πλαταΐτα* expectabas, rectissime habere infra docui ad Poet. inc. Anth. Pal. XIII, 18. Plataeas autem dicit non Boeoticas, sed quas Sicyonis demum fuisse constat ex Strabone. Vs. 2 ex cod. Pal. scribendum *τῶ 'λεγηοποιῶ*, quod doricum sive malis aeolicum est, ut *Κυθέρηα*, *'Αφρογένηα* et similia. Vs. 3 *πλάτα*, quam vocem alii aliter emendare conati sunt, idem significare videtur quod *σελίς*, ut Mnasalcae poesis nonnisi decerpta Simonideae chartae particula fuisse dicatur. Quod ad imitationem Simonideae poesios spectat. V. 5 *κλαγγὰν* recte Jacobsius restituit. Cod. *καιγάν*. Sed *διθυραμβοχώνα*, dithyramborum infundibulum, quod ex Toupii coniectura receptum est, cum cod. Pal. *διθυραμβοχάνα* habeat, id igitur quo sensu de Mnasalca dictum sit prorsus non intelligitur. Scribendum videtur *διθυραμβοχαύνα*, quod de inani dithyrambicae poesios strepitu et tumore rectissime dicitur.

PHILODEMUS Pal. XI, 35.

Κράμβην 'Αρτεμίδωρος, 'Αρίσταρχος δὲ τάριχον,
βολβίσκους δ' ἡμῖν δῶκεν 'Αθηναγόρας,

ἠπάτιον Φιλόδημος, Ἀπολλοφάνης δὲ δύο μνᾶς
χοιρείου, καὶ τρεῖς ἦσαν ἀπ' ἐχθὲς ἔτι.
ᾠὸν καὶ στεφάνους καὶ σάμβαλα καὶ μύρον ἡμῖν
λάμβανε, καὶ δεκάτης εὐθὺ θέλω παράγειν.

Postremo versu Brunckius *τῆς δεκάτης*, improbante Jacobsio, quoniam articulo carere liceat. Non articulum, opinor, desiderabat Brunckius, sed *καὶ* minus commode h. l. positum existimabat. In quo plane ei assentior. Scribendum videtur:

ᾠὸν καὶ στεφάνους καὶ σάμβαλα καὶ μύρον ἡμῖν
λάμβανε, παῖ· δεκάτης εὐθὺ θέλω παράγειν.

APOLLONIDES Pal. VI, 238.

Εὔφρων οὐ πεδίου πολυαύλακός εἰμ' ὁ γεραιός,
οὐδὲ πολυγλεύκου γειομόρος βότρυος·
ἀλλ' ἀρότρῳ βραχύβωλον ἐπικνίζοντι χαράσσω
χέρσον, καὶ βαιοῦ πίδακα ῥαγὸς ἔχω.
οὖ μὲν ἴδ' ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις. εἰ δὲ διδοίης
πλείονα, καὶ πολλῶν δαῖμον ἀπαρξόμεθα.

Ita quintum versum emendare sibi visus est Jacobsius, in quo non assentior viro egregio. Cod. *εἰμὶ δ' ἐξ ὀλίγων*. Suidas v. *ἀπάρξασθαι* habet *σοὶ νῦν δ' ἐξ ὀλίγου*. Quod non dubium est quin correctori debeatur. Scribendum videtur *ἦ μὴν ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις*.

APOLLONIDES Pal. IX, 271.

Καὶ πότε δινήεις ἄφοβος πόρος, εἰπὲ θάλασσα,
εἰ καὶ ἐν ἀλκυόνων ἤμασι κλαυσόμεθα,
ἀλκυόνων, αἷς πόντος ἀεὶ στηρίξατο κῦμα
νήνεμον, ὡς κρῖναι χέρσον ἀπιστοτέρην.

ἀλλὰ καὶ ἡνίκα μαῖα καὶ ὠδίνεσσιν ἀπήμων
αὐχεῖς, σὺν φόρτῳ δῦσας Ἀριστομένην.

Carmen hoc ne quis initio truncatum putet, similiter etiam alii poetae epigrammata exorsi sunt. Versu primo Brunckius edidit *καὶ πότε δὴ νάεις*, merito improbante Jacobsio, qui ipse tentat *καὶ πότε δὴ ναύταις*. Scribendum potius *καὶ πότε δὴ νήεσσ' ἄφοβος πόρος*, in quibus *νήεσσ'* tuetur Homericum Il. I, 71 *καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω*. Versu ultimo *αὐχεῖς* corruptum videtur.

APOLLONIDES Pal. VII, 642.

Ἕβρον καὶ Δήλοιο κλύδων μέσος υἷα Μενοίτην
σὺν φόρτῳ Σαμίου κρύψε Διοφανέος,
εἰς ὅσιον σπεύδοντα πλόου τάχος. ἀλλὰ θάλασσα
ἐχθρὴ καὶ νούσῳ πατρὸς ἐπειγομένοις.

Mirum est Apollonidem in *Διοφάνεος*, si hoc nomine uti voluit, antepenultimam producere maluisse quam scribere *κρύψατο Διοφάνευς*. Sed scripsit ille sine dubio *Λεωφάνεος*, quod nomen habes, ut alia omittam, in titulo Smyrnensi apud Boeckhium Corp. Inscr. II, p. 701, n. 3140, 5. Versu tertio eleganter Jacobsius coniecit *πλόου τέλος*. At servari potest edita lectio, si verbo *σπεύδειν* pro facticio poeta usus est, ut *εἰς ὅσιον σπεύδων πλόου τάχος* sit pietatis causa cursus celeritatem festinans. Ultimo versu Jacobsius *νόσῳ* explicat *ἐν νόσῳ, νόσου ἕνεκα*. Rectius opinor *ἐπειγόμενοι* interpretabimur de iis qui patris morbo ad itineris celeritatem instigantur. Similiter *σπέρχεσθαι* dixit Phaennus Anth. Pal. VII, 437 *χαλεπῷ σπερχόμενος πολέμῳ*.

APOLLONIDES Pal. VII, 702.

Ἰχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον ὤλεσεν ἄγρη
δούνακος, ἐξαμίης ἐκ τριχὸς ἑλκομένη,
εἶδαρ ὅτ' ἀγκίστρου φόνιον πλάνον ἀμφιχανοῦσα
ὀξείην ἐρυθρὴ φυκὶς ἔφριξε πάγην·
ἀγρυμένη δ' ὑπ' ὀδόντι κατέκτανεν ἅλματι λάβρῳ
ἐντὸς ὀλισθηρῶν δυσαμένη φαρύγων.

Scriptum hoc carmen est in piscatorem, quem phycis occiderat. Versu secundo non dubitari potest quin pro *ἐξαμίης* J. G. Schneiderus recte *ἐξαμίτης* scribendum coniecerit. Vs. 3 verba *φόνιον πλάνον*, fraudem letalem, appositionis loco cum *εἶδαρ ἀγκίστρου* coniungenda sunt; nisi forte malis *φονίου πλάνον*, ut *πλάνον* adiectivum sit. Vs. 4 memorabilis est forma *ὀξείη* pro *ὀξεῖα*, cuius quae passim exempla reperiuntur ita fere comparata sunt, ut eadem opera altera forma substitui possit. Quod in nostrum locum non cadit. Neque aliter Oppianus Hal. V, 605 *ἡ δὲ τέτυκται λεπτή τ' ὀξείη τε διὰ σχοίνων δ' ἐτάνυσσαν φορβῆς ἵέμεναι.* Marcellus Sid. fragm. de Pisc. 25 *τυφλῖνοι νάρκαι τε καὶ ἡδείη ἀκαλήφη.* Poeta inc. Append. Anth. Pal. n. 270, 4 *εὐρείην ἐξετάνυσσας ὁδόν.* Non recte igitur has formas ex graecis poetis eliminandas censuit Schneidewinus Fragm. Simonid. p. 145. Sed in Apollonidae versu *ὀξείη* ob aliam causam mihi suspectum est. Nam cum *πάγη* non de *ἀγκίστρῳ* intelligi possit, sed de arundine, quam piscis, cum hamus ori inhaereret, tremulo motu concutiebat, apertum est *ὀξεῖα* ineptum esse epitheton et vitii suspectum. Prorsus autem reiicienda est Toupii Emend. vol. I, p. 213 coniectura, qua ille more suo confiden-

ter *ῥάχιν* pro *πάγην* scribendum esse praecepit, quo plane aliena ab hoc loco sententia poetae obtruditur. Vide igitur an pro *ὀξείην* scribendum sit *ὀξυΐνην*, ab *ὀξύα*, quo arboris genere piscatores ad conficiendas arundines usos esse nequaquam improbabile est. Magis etiam placeret *οἰσυΐνην*. Versu quinto probandum videtur quod Planudes habet *ἀγνυμένη*, quod verbum de pisce spinis pleno, qualis phycis est, satis accommodate dicitur. Certe *ἀγρυμένη* non magis probari potest, quam quod J. G. Schneiderus ei substitui voluit *ἀγρομένη*, quod ille miro errore ad *ἀγρέω* retulit. Piscatores minutulos pisces dentibus necasse notum est. Itaque totum epigramma ita scribendum esse videtur:

Ἰχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον ὤλεσεν ἄγρη
δούνακος ἐξαμίτης ἐκ τριχὸς ἑλκομένη,
εἶδαρ ὅτ' ἀγκίστρου, φόνιον πλάνον, ἀμφιχανοῦσα
ὀξυΐνην ἐρυθρὴ φυκὶς ἔφριξε πάγην.
ἀγνυμένη δ' ὑπ' ὀδόντι κατέκτανεν ἅλματι λάβρῳ
ἐντὸς ὀλισθηρῶν δυσαμένη φαρύγων.

Sed de quarto versu etiam alia coniectura in mentem venit. Fortasse enim pro *ἔφριξε* scribendum *ἔβρυξε*. Quo admisso *ὀξεῖα πάγη* recte de nassa intelligi potest.

ARCHIAS Pal. V, 59.

Φεύγειν δὴ τὸν Ἔρωτα κενὸς πόνος· οὐ γὰρ ἀλύξω
πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.

Nullam hic vim habet particula *δή*, pro qua quum codex habeat *δεῖ*, apertum est scribendum esse *φεύγειν δεῖ τὸν Ἔρωτα; κενὸς πόνος.*

ARCHIAS Pal. VII, 140.

Καὶ γενέταν τοῦ νέρθε καὶ οὔνομα καὶ χθόνα φώνει,
στάλα, καὶ ποίᾳ κηρὶ δαμεὶς ἔθανεν.
Πατὴρ μὲν Πρίαμος, γᾶ δ' Ἴλιον, οὔνομα δ' Ἕκτωρ,
ὦνερ, ὑπὲρ πάτρας δ' ὤλετο μαρνάμενος.

Versu tertio Planudes *γεννήτωρ Πρίαμος*, ex manifesta interpolatione. Recte Jacobsius *πατήρ* insolentioris vocis, qua Archias usus est, interpretamentum esse statuit; sed pro *φῖτυς*, quod reponi voluit, multo probabilius est Archiam scripsisse *φύτωρ*. Schol. Aeschyli Prom. 233 *φύτωρ ὁ πατήρ*. Hesychius, *Φύτορες: γεννήτορες*. Frequentior huius vocis usus est in compositis, v. c. apud Platon. Phaedr. p. 252 *b*. *πτεροφύτορ' ἀνάγκην*, et apud Leonidam Tarent. XVIII, 1 *ἀμπελοφύτορι Βάκχῳ*. Quibus exemplis etiam mensura nominis *φύτωρ* cognoscitur, ex quo apertum est non recte illud G. Dindorfium Sophocli Trach. 1031 restitutum ivisse.

CRINAGORAS Pal. IX, 555.

Νῆσον τὴν εἰ καί με περιγράψαντες ἔχουσιν
μετρῆσαι βαιὴν, ἑπτὰ μόνον σταδίους,
ἔμπης καὶ τίκτουσαν ἐπ' αὔλακι πῖαρ ἀρούρης
ὄψει, καὶ παντὸς κάρπιμον ἀκροδρύου,
καὶ πολλοῖς εὔαγρον ἐπ' ἰχθύσι, καὶ ὑπὸ μαίρῃ
εὐάνεμον, λιμένων τ' ἤπιον ἀτρεμίῃ,
ἀγχόθι Κορκύρης Φαιηκίδος· ἀλλὰ γελᾶσθαι
τῷ ἐπιωρίσθην τοῦτ' ἐθέμην ὄνομα.

Recte haec ad Sybota, vicinam Corcyrae insulam, referenda esse vidit Reiskius. Idem verissime vs. 1 pro *ἔχουσιν* correxit *ἐροῦσιν*, cuius emendationis necessita-

tem mirum est neque Brunckium intellexisse neque Jacobsium. Sed male idem Reiskius *εἰ χοῖ με περιγράψαντες* scripsit, quod Brunckius et Jacobsius sequuti sunt. Articulo minime opus est. Vs. 5 Jacobsius *ἰχθύσιν ἠδ' ὑπὸ μαίρῃ*. Quidni *καί ῥ' ὑπό*, ut apud Homerum Il. 1, 361, Odyss. 14, 234 aliisque locis. Vs. 8 scribendum erat cum Reiskio *τῷ ἔπι ὡρίσθην* i. e. *ἐφ' ᾧ γελᾶσθαι ὡρίσθην*, quo me nomine rideri mihi fatale erat; *ὡρίσθην* idem quod *ἔμελλον*.

CRINAGORAS Pal. X, 24.

Φρὴν ἱερὴ μεγάλη 'Ενοσίχθονος, ἔσσο καὶ ἄλλοις
ἠπίη, Αἰγαίην οἳ διέπουσιν ἅλα·
κἀμοὶ γὰρ Θρήϊκι διωκομένῳ ὑπ' ἀήτῃ
ὤρεξας πρηεῖς 'Ασπασίῳ λιμένας.

Displicet versu primo duorum epithetorum coniunctio. Malim igitur *μεγάλου*, quod frequens est maxime apud Alexandrinos potentium deorum epitheton.

CALLIMACHUS Pal. XII, 130.

Εἶπα, καὶ αὖ πάλιν εἶπα „καλὸς καλός"· ἀλλ' ἔτι φήσω
ὡς καλὸς, ὡς χαρίεις ὄμμασι Δωρόθεος.

Ita Jacobsius correxit cod. Pal. lectionem *καὶ πάλιν*. Nec nego ita scribere potuisse Callimachum; at lenius tamen corrigas *εἶπας καὶ πάλιν εἶπα*. De *καὶ πάλιν*, quod simplici *πάλιν* aliquanto fortius est, cfr. Callimach. Anth. Pal. VI, 146 *καὶ πάλιν, Εἰλείθυια, Λυκαινίδος ἐλθὲ καλεύσης*, et quae collegi in indice graecitatis ad Cinnami Hist. p. 242. In fine epigram-

matis, *ἐγὼ δ' ὁ λέγων τὠτρεκὲς οἶδα μόνος*, non est cur recedatur a lectione cod. Pal., qui habet *ἀτρεκές*, quod pro adverbio valet, quemadmodum apud Glaucum Anth. Pal. IX, 341 *Νύμφαι πενθομένῳ φράσατ' ἀτρεκές, εἰ παροδεύων Δάφνις τὰς λευκὰς ὧδ' ἀνέπαυσ' ἐρίφους.*

CALLIMACHUS Append. Jac. 46.

Κρεωφύλου πόνος εἰμὶ δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀοιδόν
δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθεν,
καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Notissimum epigramma et ad intelligendum facillimum nonnihil tamen dubitationis affert propter nomen *Κρεώφυλος*, cuius triplex fere in libris scriptura reperitur, *Κρεώφιλος*, *Κρεώφυλος*, *Κρεόφιλος*. De his qui nuperrime dixit Car. Keilius in Specimine Onomatol. graec. p. 69 sq. unice probat *Κρεώφυλος*, sed ita ut non a *κρέας* hoc nomen sed a *κρέων* derivandum putet, ut *Κρεώφυλος* idem sit qui *Φίλαρχος*. Sed hanc quidem rationem, ut mittam nomen ex *κρέων* compositum necessario aut *Κρεοντόφυλος* aut *Φυλοκρέων* formandum fuisse, erroris convincit vel hoc, quod ita si scribitur nomen illud, nihil ridiculi habet, quod inesse ei testatur Plato Republ. X, p. 600 c. *ὁ γὰρ Κρεώφιλος, ὦ Σώκρατες, ἴσως ὁ τοῦ Ὁμήρου ἑταῖρος τοῦ ὀνόματος ἂν γελοιότερος ἔτι πρὸς παιδείαν φανείη, εἰ τὰ λεγόμενα περὶ Ὁμήρου ἀληθῆ.* Itaque genuinam nominis scripturam fuisse credo *Κρεώφιλος*, quae Callimachio epigrammati ita facillime accommodari potest, ut versu primo *Κρειοφίλου* et quarto *Κρειοφίλῳ* scribatur.

CHAEREMON Pal. VII, 720.

Κλεῦας ὁ Τιμοκλῆος, ὑπὲρ Θυρέαν δόρυ τείνας
κάτθανες ἀμφίλογον γᾶν ἀμφιτεμνόμενος.

Ita cod. Pal. lectionem *κλευασου τοιμοικλειος* correxit Jacobsius, altera syllaba nominis *Κλεύας* correpta, quod recte fieri potest in *Αἴας* et similibus, de quibus v. ad Theocr. II, 4. At *Κλεύας* parisyllabum est. Choeroboscus apud Bekk. Anecd. p. 1183 *τὸ Λάας τὸ κύριον* *) *καὶ τὸ Κλεύας καὶ τὸ Κέας. — ταῦτα γὰρ πάντα τοῦ κανόνος ἔχοντα οὐ κλίνεται διὰ τοῦ ντ ἀλλ' ἰσοσυλλάβως, οἷον ὁ Λάας τοῦ Λάα καὶ ὁ Κλεύας τοῦ Κλεύα.* Nisi igitur descivit Chaeremon ab usitata nominis forma, Ruhnkenium sequi malim, qui scripsit *Κλεύας Τιμοκλῆος.* Hoc postremum nomen quod attinet, librarius inter *Θυμοκλῆος* et *Τιμοκλῆος* fluctuasse videtur. Porro *ὑπέρ* hoc loco non recte cum quarto casu coniunctum est. Scribendum igitur *Θυρεᾶν.* Ipse Chaeremon in sequenti carmine (A. P. VII, 721) *Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός.* Altero versu Salmasius *γᾶν ἐπιεννύμενος.* Jacobsius *γαῖαν ἐφεσσάμενος.* Neutrum probari potest. Scribendum *γᾶν ἀποτεμνόμενος*, cuius locutionis exempla dabunt lexica. Sic igitur carmen legendum videtur:

Κλεῦας Τιμοκλῆος, ὑπὲρ Θυρεᾶν δόρυ τείνας
κάτθανες ἀμφίλογον γᾶν ἀποτεμνόμενος.

CHAEREMON Pal. VII, 721.

Τοῖς Ἄργει Σπάρτῃ τ' ἴσαι χέρες ἴσα δὲ τεύχη
συμβάλομεν· Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός.

*) Laas lithoglyphus fuit et auctor scripti *περὶ λίθων γλυφῆς*, teste Choerobosco l. l. p. 1182.

ἄμφω δ' ἀπροφάσιστα τὸν οἴκαδε νόστον ἀφέντες
οἰωνοῖς θανάτου λείπομεν ἀγγελίαν.

Ita haec edidit Jacobsius Schaeferum sequutus, rectius facturus si *Σπάρτῃ τε ἶσαι χέρες* scripsisset. Cod. *τοῖς Ἄργει παρθενἶσαι χέρες.* Salmasius *τοῖς Ἄργει καὶ Σπάρτῃ ἶσαι χέρες.* Codicis scriptura manifesto ostendit scribendum esse: *τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἶσαι χέρες*, i. e. nos Sparta profecti, par numero exercitus, cum Argivis conflictati sumus.

MENECRATES Pal. IX, 54.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἂν δὲ ποτ' ἔλθῃ,
μέμφεται· ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

Eosdem hos versus, quos Menecrati Smyrnaeo adscripsit Brunckius Anal. I, p. 476, in Sermones suos rettulit Stobaeus CXVI, 27 cum lemmate *Μενεκράτους Σαμίου.* Ac ne dubites de Menecrate, qui Samum patriam habuerit, ipse Jacobsius ex cod. Pal. lemma produxit Lucillii carmini IX, 55 adscriptum *Λουκιλλίου, οἱ δὲ Μενεκράτους Σαμίου*, in quo gentile librariorum errori deberi non recte statuit vir praestantissimus Catal. poet. epigr. p. 917. Fuerunt igitur duo huius nominis poetae, quorum alter Smyrnam alter Samum patriam habuit. His tertius accedit Ephesius, quem Jacobsius non diversum statuit a Smyrnaeo, cuius coniecturae idoneam causam non video. Ephesium, quem Arati magistrum fuisse ex Suida v. *Ἄρατος* constat, versibus scripsisse de agricultura praeter Varronem a Jacobsio laudatum, testatur Plinius H. N. VIII ind. et XI, 7. Ad hunc nescio an referri debeant quae leguntur apud Etymol. M. p. 422, 36: *Ἠθμὸς τὸ*

ἠθένειον, ἐργαλεῖον διατετρημένον πολλαῖς τρύπαις, δι' οὗ τὸ ὑγρὸν εἴωθε (εἰώθασι) διακρίνειν τῶν παχυτέρων, ὥς φησι Μενεκράτης ἐν Ἔργων ά.

Ἠθμῷ δὲ προπάροιθεν ἀφαρπάζει νέον αἰεί
ἀφρόν.

Sic enim recte editum ἐν Ἐργωνᾷ correxit Valckenarius ad Herod. p. 291. Videtur igitur Menecrates suos de re rustica libros ad Hesiodi imitationem Ἔργων nomine inscripsisse. Similiter Pancrates quod carmen de re piscatoria condiderat inscripsit Ἔργα θαλάσσια, teste Athenaeo VII, p. 283 *a. c.* 305 *c.* 321 *c.* Praeterea in Menecratis versu malim ἀφαρπάζειν.

ERYCIUS Pal. VI, 234.

Γάλλος ὁ χαιτάεις, ὁ νεήτομος, ὡπὸ Τυμώλου
Λύδιος ὀρχηστὰς μάκρ' ὀλολυζόμενος,
τᾷ παρὰ Σαγγαρίῳ τάδε ματέρι τύμπανα ταῦτα
θήκατο, καὶ μάστιν τὰν πολυαστράγαλον,
ταῦτά τ' ὀρειχάλκου λάλα κύμβαλα, καὶ μυρόεντα
βόστρυχον, ἐκ λύσσας ἄρτια παυσάμενος.

Primo versu legebatur ὁ πρὸ Τυμώλου: at cum codex Pal. habeat ωποτυμώλου, apertum est scribendum fuisse ὡπὸ Τυμώλου, ut citat L. Holstenius ad Stephan. Byz. v. Τύμωλος. Vs. 3 aut τάδε aut ταῦτα corruptum est. Suspicabar τᾷ παρὰ Σαγγαρίῳ παμμάτορι. Vs. 6 Jacobsius edidit ἄρτ' ἀναπαυσάμενος. Sed ἄρτι elidi non potest. Itaque quum cod. habeat ἄρτι ἀναπαυσάμενος, correxi ut supra adscriptum vides.

ANTIPATER THESSALONICENSIS Pal. V, 30.

Πάντα καλῶς, τό γε μὴν χρυσῆν ὅτι τὴν Ἀφροδίτην,
ἔξοχα καὶ πάντων εἶπεν ὁ Μαιονίδας.
ἢν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς, φίλος, οὔτε θυρωρός
ἐν ποσίν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται·
ἢν δ' ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος· ὦ πλεονέκται
οἱ πλοῦτον πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνοι.

Ultimo versu, quem adscripsi ut in codice legitur, Brunckius edidit *ὦ πλεονέκται οἱ πλούτου, πενίην* — Quod qui merito reiecit Jacobsius, ipse tentavit *οὐ πλοῦτον, πενίην δ' ὡς ἀδικεῖτε μόνοι*, sententia, ut mihi videtur, ieiuna. Scribendum potius *ὦ πλεονέκται, ἄπλουτον πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνοι.*

ANTIPATER Pal. VI, 219.

Ἔκ ποτέ τις φρικτοῖο θεᾶς σεσοβημένος οἴστρῳ
ῥομβητοὺς δονέων λυσσομανεῖς πλοκάμους,
ἴθρις ἀνήρ, κοιλῶπιν ὀρειάδα δύσατο πέτραν,
Ζανὸς ἐλαστρηθεὶς γυιοπαγεῖ νιφάδι.
τὸν δέ κεν ἀρρίγητος ἐπείσθορε ταυροφόνος θήρ,
εἰς τὸν ἑὸν προμολὼν φωλεὸν ἑσπέριος.

Versu tertio *ἴθρις* Huschkii sagacitati debetur pro *ἴδρις*. Sed rectius hoc nomen *ἶθρις* scribi videtur. Versu quinto cod. Pal. *τὸν δέ κεν.* Plan. *τῷ δέ κεν.* Brunckius *τῷ δέ τοι.* Jacobsius *τάνδε καί*, eandem speluncam intravit leo. Unice verum est *τὸν δὲ μέτ' ἀρρίγητος* etc., quod confirmat qui eandem rem tractavit Simonides, qui dicitur in Anthol. Pal. VI, 217 *τοῦ δὲ κατ' ἴχνος βουφάγος εἰς κοίλην ἀτραπὸν ἵκτο λέ-*

λέων. Neque aliter Dioscorides VI, 220 τοῦ δὲ λέων ὥρουσε κατὰ στιβόν.

ANTIPATER Pal. VI, 276.

Ἡ πολύθριξ οὔλας ἀνεδήσατο παρθένος Ἵππη
  χαίτας, εὐώδη σμηχομένη κρόταφον·
ἤδη γάρ οἱ ἐπῆλθε γάμου τέλος· αἱ δ' ἐπὶ κούρῃ
  μίτραι παρθενίας αἰτέομεν χάριτας.
Ἄρτεμι, σῇ δ' ἰότητι γάμος θ' ἅμα καὶ γένος εἴη
  τῇ Λυκομηδείῳ παιδὶ φιλαστραγάλῃ.

Versu primo ἀνεδήσατο varie tentarunt critici. Salmasius ἀνεθήκατο. Jacobsius ἠμήσατο, quod illo ad sententiam aptius. Forsan ἀπεθήκατο scribendum, cll. Sapphonis loco Anth. Pal. VII, 489 νεοθᾶγι σιδήρῳ ἅλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν. Vs. 3 recte Reiskius κουρῇ, sed male id de caesarie interpretatur; αἱ ἐπὶ κουρῇ μίτραι sunt mitrae matronales in detonsae comae locum succedentes. Eas loquentes poeta inducit. Sequentia παρθενίας αἰτέομεν χάριτας obscura sunt. Vs. 6 φιλαστραγάλη minime aptum virginis nupturae epitheton esse intellexit Jacobsius. Sed minus recte coniicit Φίλας τ' ἀταλῇ vel φιληλακάτῳ. Suspicor λιπαστραγάλῃ vel λιπαστραγάλῳ. Quod aptissime de puella dicitur, quae missis crepundiis puerilibus matrimonium initura est. Non pueros tantum sed etiam puellas talis oblectatas esse praeter notissimam picturam Pompeianam et alia artis opera talis ludentes virgines exhibentia docet Pausanias VI, 24 ἀστραγάλους μειρακίων καὶ παρθένων ἄθυρμα vocans. Cfr. Propert. II, 18, 61 et cupit iratum talos me poscere eburnos. Ib. Λυκομηδείῳ ex Suida s. v.

ἰότητι receptum est. At cod. Pal. habet *Λυκομηδείου*, quod vero proximum est; scribendum enim *Λυκομηδεῖδου*, cuius nominis memoriam servavit Priscianus II, 7, 37 contra regulam producunt penultimas vocales Aeolides, Demades, Codrides, Lycoorgides, Lagides, Belides*); Eucrides etiam et Lycomedides apud Graecos contra regulam penultimam diphthongum. De quo loco disseruit Lobeckius Paral. p. 7. Sic igitur ultimum carminis distichon refingendum videtur:

Ἄρτεμι, σῇ δ' ἰότητι γάμος θ' ἅμα καὶ γένος εἴη
τῇ Λυκομηδεῖδου παιδὶ λιπαστραγάλῃ.

ANTIPATER SIDONIUS Pal. VII, 423.

Τὰν μὲν ἀεὶ πολύμυθον, ἀεὶ λάλον, ὦ ξένε, κίσσα
φάσει· τὰν δὲ μέθας σύντροφον ἅδε κύλιξ·
τὰν Κρῆσσαν δὲ τὰ τόξα· τὰ δ' εἴρια τὴν φιλοεργόν·
ἄνδεμα δ' αὖ μίτρας τὰν πολιοκρόταφον.
τοιάνδε σταλουργὸς ὅδ' ἔκρυψε Βιττίδα τύμβος
τιμελαχραντον νυμφιδίαν ἄλοχον.

Ita haec in cod. scripta sunt. Verissime Jacobsius quod versu quinto legitur *σταλουργός* ineptum esse sepulcri epitheton statuit. Itaque corrigit *σταλουργὸς ἔμ' ἔκρυψε Βιττίδα τύμβῳ*, et versu sequente *Τίμαλος*. Crediderim haec ita potius refingenda esse ut scribatur: *Τοιάνδε σταλουργοῦ ὅδ' ἔκρυψε Βιττίδα τύμβος Τιμόλα ἄχραντον νυμφιδίαν ἄλοχον.* Timolae nomen ex inscriptionibus cognitum. Similia sunt *Ἀρ-*

---

*) Apud Diogen. Laert. V. Thal. I. Thales oriundus esse dicitur *ἐκ τῶν Θηλιδῶν, οἵ εἰσι Φοίνικες εὐγενέστατοι.* Scribendum *Βηλιδῶν.*

γόλας, *'Αρκεσίλας*, *Μενέλας*, alia. Praeterea incommodum mihi videtur imperfectum *ἔκρυφε*, pro quo aut praesens requiritur aut aoristus. Scribendum igitur *ἔκρυβεν*, de qua forma v. Lobeckium ad Phryn. p. 318.

ANTIPATER SIDONIUS Pal. VII, 424.

Μαστεύω τις εὐαγὴς ἐπὶ σταλάτιδι πέτρᾳ,
Λυσιδίκα, γλυπτὸν τόνδ' ἐχάραξε νόον;
ἀνία γὰρ καὶ κημὸς ὅ τ' εὐόρνιθι Τανάγρᾳ
οἰωνὸς βλαστῶν, θοῦρος ἐγερσιμάχας,
οὐχ ἅδεν, οὐδ' ἐπέοικεν, ὑπωροφίαισι γυναιξίν,
ἀλλὰ τά τ' ἠλακάτας ἔργα τά θ' ἱστοπόδων.
τὰν μὲν ἀνεγρομέναν με ποτ' εἴρια νύκτερος ὄρνις,
ἀνία δ' αὐδάσει δώματος ἁνίοχον·
ἱππαστὴρ δ' ὅδε κημὸς ἀείσεται οὐ πολύμυθον,
οὐ λάλον, ἀλλὰ καλᾶς ἔμπλεον ἀσυχίας.

Priora varie tentata sunt; postremo Jacobsius *τί σευ ἀκμὴ ἐπὶ σταλάτιδι πέτρᾳ* etc. hoc sensu: quid volens caeli cuspis haec symbola cippo tuo inculpserit. Nulla cum veri similitudine; nec *ἀκμή* per se de caeli cuspide dici potest. Sententia mihi requirere videtur *μαστεύω τί σευ εὖνις*, maritus tuus. Nam *εὖνις* etiam de viro dici disertim annotavit Etymol. M. p. 393, 38 *εὖνις σημαίνει τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα, ὁ εὖνις καὶ ἡ εὖνις*. Pro *σταλάτιδι*, quae Brunckii correctio est, cod. habet *σταλήτιδι*. Scribendum igitur *σταλίτιδι*. Alterum non magis graece dicebatur quam *στηλήτης* pro *στηλίτης*. Itaque primum hoc distichon ita refingendum est:

Μαστεύω τί σευ εὖνις ἐπὶ σταλίτιδι πέτρᾳ,
Λυσιδίκα, γλυπτὸν τόνδ' ἐχάραξε νόον.

Mariti nomen addi non necesse est, quamquam parata esset coniectura: *τί σευ εὖνις ἐπὶ σταλίτιδι πέτρα, Λυσί, Δίκων γλυπτὸν τόνδ' ἐχάραξε νόον.* Nomen *Δίκων* habes apud Callimach. Anth. Pal. VII, 451 et Anonym. XIII, 15. *Λυσίς* a viri nomine *Λῦσις* formatum est, ut *Τισίς* a *Τῖσις*, *Νικίς* a *Νῖκις* et eiusdem generis alia. Confr. Lobeckius Programm. Acad. 1841, p. 4. Vs. 4 corrige *βλαστών.*

ANTIPHILUS Pal. XI, 66.

Κὴν τείνῃς ῥακόεντα πολυτμήτοιο παρειῆς
χρῶτα, καὶ ἀβλεφάρους ὦπας ἐπ' ἀνθρακίῃ,
καὶ λευκὴν βάψῃς μέλανι τρίχα, καὶ πυρίφλεκτα
βοστρύχια κροτάφοις οὖλα περικρεμάσῃς,
οὐδὲν ταῦτα γελοῖα καὶ ἢν ἔτι πλείονα ῥέξῃς —

Carmen in fine truncatum. Versu secundo non intelligitur unde pendeant accusativi *ἀβλεφάρους ὦπας.* Nec praepositio *ἐπί* habet quo referatur. Accedit quod *ἀνθρακία*, sive potius *ἀνθρακιά*, non carbones significat sed carbonum acervum. Lege igitur *καὶ ἀβλεφάρους ὦπας ἐπανθρακίσῃς.* Notum est mulieres fuligine supercilia sibi pingere solitas fuisse. V. intpp. Iuven. Sat. II, 93. Id optime exprimit verbum *ἐπανθρακίζειν*, carbonum fuligine inducere. Versu quinto *γελοῖα,* quod varie a criticis tentatum est, mihi vocativus esse videtur: Nihil haec, o ridicula, nec si plura machineris, faciei tuae turpitudinem minuent. Neque offensioni esse potest correptio ultimae syllabae. Poeta inc. Anth. Pal. IX, 32 *ὁλκάδα τὰν δείλαιαν ἀεὶ κλόνος.* Philodemus V, 132 *εἰ δ' ὀπικὴ καὶ χλωρὰ καὶ οὐκ ᾄδουσα τὰ Σαπφοῦς.*

Palladas X, 97 *λίτραν ἐτῶν ζήσας μετὰ γραμματικῆς βαρυμόχθου.* Idem XI, 340 *πολλῶν γὰρ μωρῶν ἔχθραν ἐπεσπασάμην.* Maximus *περὶ κατ.* vs. 213 *οὐ γάρ τι φέροι λαιψηρὰν ὑγείην.* Consulto omisi Antiphilum Anth. Pal. IX, 551, 2, de quo dixi p. 216 et Platonem Anth. Plan. IV, 160 *ἀλλ' ὁ σιδηρὸς ἔξεσεν, οἵαν Ἄρης ἤθελε τὴν Παφίην,* ubi legendum *οἷ' ἄν,* et Callimach. ed. Blomf. Epigr. II, 4 *ἀλλὰ σὺ μέν που, ξεῖν' Ἁλικαρνησσεῦ, τόφρα πάλαι σποδίη,* ubi revocanda optima cod. lectio *τετράπαλαι σποδιή,* a Blomfieldo demum corrupta.

ANTIPATER Pal. VII, 498.

Δᾶμις ὁ Νυσαεὺς ἐλαχὺ σκάφος ἔκ ποτε πόντου
Ἰονίου ποτὶ γᾶν ναυστολέων Πέλοπος,
φορτίδα μὲν καὶ πάντα νεὼς ἐπιβήτορα λαόν,
κύματι καὶ συρμῷ πλαζομένους ἀνέμων,
ἀσκηθεῖς ἐσάωσε· καθιεμένης δ' ἐπὶ πέτραις
ἀγκύρης, ψυχρῶν κάτθανεν ἐκ νιφάδων,
ἠμύσας ὁ πρέσβυς· ἴδ' ὡς λιμένα γλυκὺν ἄλλοις
δούς, ξένε, τὸν Λήθης αὐτὸς ἔδυ λιμένα.

Minus commode, ut mihi quidem videtur, poeta navem quam supra *ἐλαχὺ σκάφος* dixerat, vs. 3 appellat *φορτίδα,* i. e. onerariam ingentis magnitudinis. Ita ipse Antipater VII, 287 *ἐπὶ φορτίδι νηὶ ἔμπορον* opponit *ὀλίγης ναυτίλῳ εἰρεσίης.* Malim igitur *φορτία,* ut Damis merces et vectores salvos praestitisse dicatur. Vs. 5 iniuria fortasse, at haereo tamen in verbis *ἐπὶ πέτραις,* quibus vide an *ἐπὶ Πάτραις* substituendum sit. Peloponnesum enim cum ex Ionio mari nauta peteret, non improbabile est in Patrensium portum delatum

esse. Versu primo pro *Νυσαεύς*, quod mediam corripit, scribendum *Νυσαιεύς*. Stephanus Byz. p. 597 *λέγεται καὶ Νυσαῖος, ἐξ αὐτοῦ Νυσαιεὺς τρισύλλαβα (τρισύλλαβον) καὶ Νυσαεὺς ἄνευ τοῦ ῑ.*

ANTIPATER Pal. VII, 637.

Πύῤῥος ὁ μουνερέτης ὀλίγῃ νηῒ λεπτὰ ματεύων
φυκία καὶ τριχίνης μαινίδας ἐκ καθέτης,
ἠϊόνων ἀποτῆλε τυπεὶς κατέδουπε κεραυνῷ.
νηῦς δὲ πρὸς αἰγιαλοὺς ἔδραμεν αὐτομάτη,
ἀγγελίην θείῳ καὶ λιγνύϊ μηνύουσα,
καὶ φράσεν· Ἀργώην κοὐκ ἐπόθησε τρόπιν.

Vs. 1 *νηΐ* prima brevi forsan tuearis exemplis, quale est *δήϊος* in locis apud Jacobsium ad Anth. Pal. p. 152, vel *ἠϊών* apud Homer. Od. 5, 368 et similia plura. Sed hac licentia nunquam usi sunt poetae in vocabulis bisyllabis nisi ita ut ultima syllaba producatur, velut in *ἠέ* apud Nicandrum Athenaei III, p. 82 *a*. *αὐτίχ' ὅ γ' ἢ Σιδόεντος ἠὲ Πλείστου ἀπὸ κήπων*, et apud Maximum *περὶ κατ.* vs. 127 *εἰ δέ τε δεύτερον ἦμαρ ἠὲ τρίτον ἰθύσειεν*, et Numenium Athenaei VII, p. 328 *a*. *ὕκην τ' ἢ κάλλιχθυν ἠὲ χρόμιν, ἄλλοτε δ' ὄρφον*. Scribendum igitur *νεΐ*, a recto casu *νεῦς*, de quo vide supra ad Phalaeci Epigr. V, 1. Versu sexto *καὶ φράσεν* post *ἀγγελίην μηνύουσα* non ferri posse vidit Jacobsius, qui epitheton v. c. *ἐμφανῆ* latère putat. Non credo, sed legendum potius videtur:

κἀγγελίην θείῳ καὶ λιγνύι μηνύουσα
ἔφρασεν, Ἀργῴην κοὐκ ἐπόθησε τρόπιν.

Nam quin ultimo versu *καὶ* recte traiici possit, plurima docent exempla poetarum Anthologiae. Vid. M. Hau-

ptii Observ. crit. p. 62. Ex Atticis poetis unum eius rei exemplum habemus apud Archedicum Athenaei VII, p. 292 *e*. cuius de loco dixi Fragm. Com. graec. IV, pag. 436.

ANTIPHILUS Pal. IX, 546.

Κὴν πρύμνῃ λαχέτω μέ ποτε στιβὰς αἵ θ' ὑπὲρ αὐτῆς
ἠχεῦσαι ψακάδων τύμματι διφθερίδες,
καὶ πῦρ ἐκ μυλάκων βεβιημένον, ἥ τ' ἐπὶ τούτων
χύτρη, καὶ κενεὸς πομφολύγων θόρυβος,
καί κε ῥυπῶντ' ἐσίδοιμι διήκονον· ἡδὲ τράπεζα
ἔστω μοι πρώτη νηὸς ὕπερθε σανίς·
δὸς λάβε καὶ ψιθύρισμα τὸ ναυτικόν· εἶχε τύχη τις
πρώην τοιαύτη τὸν φιλόκοινον ἐμέ.

In his quum cetera satis expedita sint, magnam deliberandi causam tertium distichon criticis praebuit. Apposui locum ut editus est a Jacobsio. Sed aliud quid a poeta scriptum fuisse, cum codicis lectio ostendit tum *κέ* particula docet, vix huic loco apta. Neque enim de eo agitur quod fieri possit vel soleat, sed quod videre poeta sibi exoptat. Itaque magis probarem *καὶ ῥυπόωντα*. Codicis lectio est *καὶ κρ ὕπτοντα ιδίδοιμι* (with ε written above ρ), in qua aliquando *καὶ ῥ' ὑπνοῦντα* latere putabam. Nec *κρεουργοῦντα* ineptum esset, quod verbum tribus syllabis efferri potuisse videtur. Tum *ἴδοιμι* scribendum, nec hiatus ante hanc vocem extimescendus est. Pro *ἡδέ* cod. habet *ἤδη*, quod in *ἡ δέ* mutandum. Denique pro *πρώτη* scribendum est *στρωτή*, de quo iam olim admonui Cur. crit. p. 19.

ANTIPHILUS Pal. IX, 551.

Κολχάδων δύστηνον ἐρωδιὸν ἔχθρα κολάζει·
τεῦ χάριν ὁ προδότης ὄρνις ἀεὶ λέγεται,
Φοῖβος ἐρεῖ· τεναγῖτιν ὅτ' εἰς ἅλα κῶλον ἐλαφρόν
στήσας ψαμμίτην δόρπον ἐθημολόγει,
δυσμενέες τότ' ἔβησαν ἐπὶ πτόλιν ἀντιπέρηθεν,
ὀψὲ διδασκόμενοι πεζοβατεῖν πέλαγος.
βάλλετε δὴ κακὸν ὄρνιν, ἐπεὶ βαρὺν ἤρατο μισθόν
ἐκ δηΐων, κόχλους καὶ βρύον, ὁ προδότης.

Versu primo scripsit sine dubio Antiphilus *ἐχθρὰ κολάζει. Κολχάδων* enim non genitivus est, sed latet in corrupta voce urbis nomen, quale est *Ἀσσηδών, Ἀσπληδών, Καλχηδών.* Ac fortasse hoc ipsum *Καλχηδών* reponendum est; certe maritimae urbis nomen requiritur, et talis quidem, quae freto adiaceret, ut hostes eam ex adverso littore (*ἀντιπέρηθεν*) adortos esse dici possit. Quae omnia cadunt in Calchedonem sive Chalcedonem, cui ex regione positum erat Byzantium, quos cum Calchedoniis inimicitias exercuisse cum aliunde constat tum ex Polyaeno Strat. VI, 25. Mox *ἐρῳδιὸν* scribendum ex praecepto grammaticorum. Vs. 2 recte Jacobsius *τεῦ δὲ χάριν προδότης.* Praeterea fortasse *οὔρνις* scribendum. Vs. 3 suspicabar *Φοῖβος ἐρῶ*, veridicus dicam vates. Sed grave vitium etiam in quarto versu haeret; neque id fugit Jacobsium, qui pro *ἐθημολόγει* non male coniecit *ἐθοινολόγει.* At minus apte tamen id infertur post *δόρπον*, nec bene convenit ardeae conchas colligenti. Melius Lobeckius ad Sophocl. Aiac. p. 161 *ἐθινολόγει*, in littore colligebat. Mihi certum est scribendum esse *ψαμμίτην δόρπον ἐχημολόγει.* Postremum disti-

chon, in quo non haeserunt interpretes, ego quidem mihi obscurissimum esse non diffiteor; nullo enim pacto intelligitur, quo iure ardea algam et conchas, quibus colligendis illa hostibus viam expugnandae urbis monstraverat, gravis mercedis loco ab hostibus accepisse dici possit. Ex mea sententia poeta hoc dicere debuit: abigite infelicem avem, quae conchis colligendis perniciem nobis attulit. Itaque suspicari possis ultimo versu scribendum esse *ἐκδητων κόχλους καὶ βρύον*. De verbo *δητω* v. supra p. 132. Sed cetera quo modo huic sententiae aptari possint non intelligo: nisi forte pro *μισθόν* scribendum est *μόχθον*, in *ἤρατο* autem verbum latere dicas, quod parandi vel afferendi significationem habeat.

JULIUS DIOCLES Pal. IX, 109.

Οὐκ οἶδ' εἴτε σάκος λέξαιμί σε, τὴν ἐπὶ πολλούς
ἀντιπάλους πιστὴν σύμμαχον ὡπλισάμην,
εἴτε δὲ βαιὸν ἐμοὶ πόντου σκάφος, ἥ μ' ἀπὸ νηός
ὀλλυμένης κόμισας νηκτὸν ἐπ' ἠϊόνας.

Versu primo pro *λέξαιμι* coniunctivum requiro, vel certe futurum. Suspicabar *λέξω τί σε*, quamquam video quid obverti possit. Versu tertio non offenderunt critici in verbis *εἴτε δὲ βαιὸν ἐμοὶ πόντου σκάφος*, quae nescio an ita potius scribenda sint *εἴτε σε βαιὸν ἐρῶ πόντου σκάφος*, vel *εἴτε βέβαιον ἐρῶ πόντου σκάφος*. In *πόντου σκάφος* ne quis haereat, eodem modo loquutus est poeta ignotus Anth. Pal. IX, 31 *αἴσιον οὐκ ἔσομαι πόντου σκάφος*.

FRONTO Pal. XII, 171.

Μέχρι τίνος πολεμεῖς μ' ὦ φίλτατε Κῦρε; τί ποιεῖς;
τὸν σὸν Καμβύσην οὐκ ἐλεεῖς; λέγε μοι.
μὴ γίγνου Μῆδος· Σάκας γὰρ ἔσῃ κατὰ μικρόν,
καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀστυάγην.

Sententiam obscaeni lusus aperuit Jacobsius. At metrica reliquit vitia; nam neque *Σάκας* primam producit, nec in *ποιήσουσιν* ferri potest ultimae syllabae productio, quam Hermannus Orph. p. 768 ita tolli posse existimabat ut scriberet *καὶ δέ σε ποιήσουσ'*. At possunt haec leniori emendatione restitui:

μὴ γίγνου Μῆδος· Σάκκας γὰρ ἔσῃ κατὰ μικρόν,
καί σε ποιήσουσιν ταὶ τρίχες Ἀστυάγην.

Hanc articuli formam passim oblitteratam restitui Rhiano Anth. Pal. XII, 121, 2. Leonidae Tarent. epigr. I, 2, aliis. Brevium syllabarum productiones vitasse poetas epigrammatarios meliores hodie inter omnes constat, valdeque earum numerum certissimis emendationibus imminuit criticorum solertia. Nec tamen omnia huius generis vitia sublata sunt, velut Straton. XII, 222 *εἰς τὸ γόνυ κάμψας μέσσον ἐπαιδοτρίβει*, ubi scribendum *γνάμψας*. Zonas IX, 312 scripsisse videtur *ἤ πρῖνόν γ' ἢ τὰν αὐαλέαν κάμαρον*. Versu primo in verbis *πολεμεῖς μ' ὦ φίλτατε* notanda est diphthongi elisio, de qua dixit Lobeckius ad Sophoclis Aiac. 191. Quam tertio versu restitui formam *Σάκκας*, ea recentiores scriptores passim usi sunt, e. c. Polyaenus Strat. VII, 11, 6 aliisque locis.

GAETULICUS Pal. XI, 409.

Τετράκις ἀμφορέως περὶ χείλεσι χείλεα θεῖσα
Σειληνὶς πάσας ἐξερόφησε τρύγας.
εὐχαῖτα Διόνυσε, σὲ δ' ὕδασιν οὐκ ἐμίηνεν·
ἀλλ' οἷος πρώτης ἦλθες ἀπ' οἰνοπέδης,
τοῖόν σε προὔπινεν, ἀειφλεγὲς ἄλγος ἔχουσα,
εἰσότε καὶ νεκύων ἦλθεν ἐπὶ ψάμαθον.

Vs. 4 cod. *οἵης*, quod recte emendavit Planudes. Sed quid *πρώτη οἰνοπέδη* sit nemo docuit. Scribendum suspicor:

ἀλλ' οἷος πρώην ἦλθες ἀπ' οἰνοπέδης.

Quod quinto versu legitur *ἀειφλεγὲς ἄλγος*, ex sua ipsius coniectura edidit Jacobsius. Cod. Pal. *ἀφειδεὲς ἄγγος*. Nec negandum est perelegantem eam esse emendationem; non poenitet tamen coniecisse *ἀφειδέα βράγχον ἔχουσα*, cll. Etymol. M. p. 211, 18 *βρόγχος ὁ λαιμὸς καὶ φάρυγξ, ὃς καὶ βράγχος παρὰ τοῖς παλαιοῖς λέγεται.*

PHILIPPUS Pal. VI, 103.

Σταθμὴν ἰθυτενῆ μολιβαχθέα, δουριτυπῆ τε
σφῦραν καὶ γυρὰς ἀμφιδέτους ἀρίδας,
καὶ στιβαρὸν πέλεκυν στελεχητόμον, ἰθύδρομόν τε
πρίονα, μιλτείῳ στάγματι πειθόμενον,
τρύπανα θ' ἑλκεσίχειρα τέρετρά τε μιλτοφυρῆ τε
σχοῖνον ὑπ' ἀκρονύχῳ ψαλλομένην κανόνι
σοί, κούρη γλαυκῶπι, Λεόντιχος ὤπασε δῶρον,
ἄνθος ἐπεὶ γυίων πᾶν ἀπέδυσε χρόνος.

Iniuria Jacobsius et Passovius vs. 5 haeserunt in mensura adiectivi *μιλτοφυρῆ*, quod rectissime et eadem

lege penultimam corripit, qua e. c. idem Philippus Anth. Pal. IX, 56 *ἐξεσύρη* penultima brevi dixit. Itaque mirandum potius, eundem poetam Anth. Pal. VI, 251 *χεριφυρέα* dixisse antepenultima producta in verbis *μάζης χεριφυρέα δαῖτα.* Sed Philippus in summo orationis nitore et versuum pangendorum artificio, in verborum tamen formatione et syllabarum mensura complura habet singularia. Ex hoc genere est *πυρήτοκος* pro *πυρίτοκος* Anth. Pal. VI, 90. *ἀναδράμεται* pro *ἀναδραμεῖται* IX, 575. *ἐλάη* penultima brevi IV, 2, 12, VI, 102, quamquam hoc etiam alii sibi permisere, quos memoravi Fragm. Comic. III, p. 503, quibus adde poetam Anth. Pal. XV, 11, 10. Porro correptio ante *ζ* literam VII, 394 et IX, 742 (ubi leg. *τέχνα δὲ ζωπόνησεν*). *ὑφασμένος* prima brevi dixit VI, 247, ut Anonymus apud Jacobs. Append. 282, 1 *ἱδρυμένος*, nisi forte legendum *σχοίνοις ὑφασμένον* et apud Anonymum *Ταλλαίοις ἱδρυμένε.* Denique *τραχηλοδεσμότης* dixit pro *τραχηλοδεσμώτης* VI, 107. Sed hoc etiam eiusmodi est, ut vitii suspectum habeam et scribendum putem *τραχηλοδεσπότας* i. e. *τραχηλοῦ κρατοῦντας*, quod minime ineptum est *κλοιῶν κυνάγχων* epitheton. Editum vix recte quis tueatur similis licentiae exemplo apud Statyllium Flaccum Anth. Pal. VI, 196, qui *ἀμμοδυότης* dixisse videtur pro *ἀμμοδυώτης*. Sed de hoc infra dixi p. 222.

PHILIPPUS Plan. IV, 93.

Ὤλεσα τὸν Νεμέας θῆρ' ἄπλετον, ὤλεσα δ' ὕδρην
καὶ ταῦρον, κάπρου δ' ἀμφετίναξα γένυν,
ζωστῆρ' ἑλκύσσας πώλους Διομήδεος εἷλον·
χρύσεα μᾶλα κλάσας Γηρυόνην ἔλαβον·

Αὐγείας ἐδάμη· κεμὰς οὐ φύγεν· ἔκτανον ὄρνις·
Κέρβερον ἠγαγόμην· αὐτὸς Ὄλυμπον ἔχω.

Ita quinto versu praeeunte Brunckio scripsit Jacobsius, id quod ipse improbat in notis criticis; recte enim cod. lectionem, *Αὐγείαν ἐδάην*, vertisse Grotium Notus et Augias. Sed *Αὐγείαν ἐδάην* tum recte diceret Hercules, si is Augiam victorem expertus esset; nunc Augias potius Herculem expertus esse dicendus erat. Itaque scribendum *Αὐγείας μ' ἐδάη*.

PHILIPPUS Pal. VI, 114.

Δέρμα καὶ ὀργυιαῖα κέρα βοὸς ἐκ βασιλῆος
Ἀμφιτρυωνιάδα κεῖμεθ' ἀνὰ πρόπυλον,
τεσσαρακαιδεκάδωρα, τὸν αὐχήεντα Φιλίππῳ
ἀντόμενον κατὰ γᾶς ἤλασε δεινὸς ἄκων,
βούβοτον Ὀρβηλοῖο παρὰ σφυρόν. ἁ πολύολβος
Ἠμαθία τοίῳ κραίνεται ἀγεμόνι.

Quinto versu *Ὀρβηλόν* oxytonon est ut apud Samium Anth. Pal. VII, 116. Apud Herodotum V, 16 et Strabon. VII, p. 329 scribitur *Ὄρβηλον*. Finis epigrammatis ad meum sensum valde ieiunus et sine aculeo est. Scribendum:

βούβοτον Ὀρβηλοῖο παρὰ σφυρόν. ἆ πολύολβος
Ἠμαθίς, ἃ τοίῳ κραίνεται ἀγεμόνι.

Ἠμαθίς pro *Ἠμαθία* enotavit Stephanus Byz. p. 382 *Ἠμαθία: πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδονία. καὶ Ἠμαθὶς ἡ χώρα.* Quam vs. 5 restitui interiectionem *ἆ* ea passim oblitterata latet, v. c. in fragmento elegiaco poetae veteris apud Etymol. M. p. 71, 30, ubi legitur *ἁπάντη πάντα θαλυκρὸς ἐγώ.* Corrige *ἆ πάντη πάντα θαλυκρὸς ἐγώ.*

PHILIPPUS Pal. VI, 259.

Τίς τὸν ἄχνουν Ἑρμῆν σε παρ' ὑσπλήγεσσιν ἔθηκεν;
Ἑρμογένης. — τίνος ὤν; — Δαιμονέως. —
ποδαπός; —
Ἀντιοχεύς — τιμῶν σε χάριν τίνος; — ὡς συναρωγόν
ἐν σταδίοις. — ποίοις; — Ἰσθμόθι κὴν Νεμέᾳ.

Quod secundo versu editum est *Δαιμονέως* non adducor ut graecum nomen fuisse credam. Neque scripsit ita Philippus. In cod. Pal. est *δαῖμον ἐΰς* cum nota marginali *γρ. Δαιμονέως.* Quae aperta est correctoris interpolatio. Scribendum unius literae mutatione *Δαϊμένευς*, cuius nominis exemplum habes apud Pausan. Ach. VI, 2 aliosque.

STATYLLIUS FLACCUS Pal. VI, 196.

Ῥαιβοσκελῆ δίχαλον ἀμμοδυόταν
ὀπισθοβάμον', ἀτράχηλον, ὀκτάπουν,
νήκταν, ἐρυμνόνωτον, ὀστρακόχροα,
τῷ Πανὶ τὸν πάγουρον ὁρμιηβόλος
ἄγρας ἀπαρχὰν ἀντίθησι Κώπασος.

Versu primo qua lege formatum sit nomen *ἀμμοδυότας* nemodum docuit. Interea suspicor scribendum esse *ἀμμοδυσόπαν*, i. e. arenae latebras subeuntem. Versu tertio codex *νηκτάν τ' ἐρυμνόνωτον*, quod indicio est scripsisse poetam *νηκτάν, τερεμνόνωτον.* Hesychius, *Τέρεμνος*: *ἰσχυρός, ἢ στέρεμνος.* Praeterea pro *νηκτάν* scripsi *νήκταν*, natatorem, quo substantivo usus est Manetho.

STATYLLIUS FLACCUS Plan. IV, 211.

Εὔδεις ἀγρύπνους ἐπάγων θνητοῖσι μερίμνας,
εὔδεις ἀτηρής, ἆ τέκος Ἀφρογενοῦς,
οὐ πεύκην πυρόεσσαν ἐπηρμένος, οὐδ' ἀφύλακτον
ἐκ κέραος ψάλλων ἀντιτόνοιο βέλος.

Versu secundo aliquanto elegantius legeretur *εὔδεις, ἀτηρῆς ἆ τέκος Ἀφρογενοῦς.* Accedit quod *ἀτηρής* pro *ἀτηρός* infirma auctoritate nititur, cuius formae quod exemplum affertur a lexicographis ex Hippocrate de Aere et loc. cap. 11 *ἀτηρέα γαστρὸς καὶ σπληνός,* in eo recte Heringa Observ. p. 53 *ἀτηρὰ* scripsit.

RUFINUS Pal. V, 77.

Εἰ τοίην χάριν εἶχε γυνὴ μετὰ Κύπριδος εὐνήν,
οὐκ ἄν τοι κορέεσκεν ἀνὴρ ἀλόχοισιν ὁμιλῶν.
πᾶσαι γὰρ μετὰ Κύπριν ἀτερπέες εἰσὶ γυναῖκες.

Ita edidit secundum versum Jacobsius. Codex *χρονέεσκεν.* At *κορεῖν* intransitive dici non potest. Scribendum igitur *κόρον ἔσχεν.*

ZONAS Pal. VI, 98.

Δηοῖ λικμαίῃ καὶ ἐναυλακοφοίτισιν Ὥραις
Ἡρῶναξ πενιχρῆς ἐξ ὀλιγηροσίης
μοῖραν ἀλωεῖται στάχυος πάνσπερμά τε ταῦτα
ὄσπρι' ἐπὶ πλακίνου τοῦδ' ἔθετο τρίποδος.

Versu tertio mirifice exercuit criticos corruptum illud *ἀλωεῖται,* quorum coniecturas vide apud Jacobsium. Mihi lenissime corrigendum videtur *ἀλωΐτα στάχυος.* Adiectivum *ἀλωΐτης* eadem lege formatum est, qua *ἀκτίτης, νησίτης, μεσίτης* et alia innumera.

THEODORIDAS Pal. VI, 282.

Σοὶ τὸν πιληθέντα δι' εὐξάντου τριχὸς ἀμνοῦ,
Ἑρμᾶ, Καλλιτέλους ἐκρέμασεν πέτασον,
καὶ δίβολον περόναν, καὶ στλεγγίδα, καὶ τὸ τανυσθὲν
τόξον, καὶ τριβάκην γλοιοπότιν χλαμύδα,
καὶ σχίζας καὶ σφαῖραν ἀείβολον· ἀλλὰ σὺ δέξαι
δῶρα φιλευτάκτου δῶρον ἐφηβοσύνας.

Versu postremo Jacobsius *κουρόφιλ', εὐτάκτου*. Reiskius *δαῖμον* pro *δῶρον*. His conaminibus accedat meum: *ἀλλὰ σὺ δέξαι, δωρόφιλ', εὐτάκτου δῶρον ἐφηβοσύνας*. Munerum amantem deum appellat, Mercurium *κερδῷον* respiciens.

THEODORIDAS Pal. VI, 156.

Καλῷ σὺν τέττιγι Χαρισθένεος τρίχα τήνδε
κουρόσυνον κούραις θῆχ' Ἀμαρυνθιάσιν
σὺν βοῒ χερνιφθέντα· παῖς δ' ἴσον ἀστέρι λάμπει,
πωλικὸν ὡς ἵππος χνοῦν ἀποσεισάμενος.

Vs. 1 Suidas s. v. *κουρόσυνον* habet *Χαρισθενέω*. Cod. A. *χρίσ ενεός*. Alii *χρισθε νεω*. Bernhardus *Χαρισθενέος* (sic). Jacobsius tentat *Χάρης Φενεεύς*. Legendum videtur *Χάρης Σθένιος*, Chares Sthenidis filius, quod satis frequens nomen est, vel *Χάρης Τένεω*, Tenae filius. Vs. 3 *χερνιφθέντα*, quod recte Jacobsius ad donaria primo versu memorata refert, verte sacro liquore adspersa, ut apud Eurip. Iphig. Taur. 622 *χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι*. Parum autem credibile est Charetem, quum comam et cicadam (comae ornatum) Nymphis Amarynthisin dedicaret, iisdem etiam bovem obtulisse, nisi id de bovis imagun-

cu-

cula ex farina confecta intelligas, quam in rem uti licet Suidae glossa, *Βοῦς ἕβδομος: ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων. οἱ γὰρ πένητες ἔμψυχον μὴ ἔχοντες θῦσαι ἔπλαττον ἐξ ἀλεύρου.* Cfr. Macedonius in Anthol. Pal. VI, 40: *τὼ βόε μοι, σῖτον δὲ τετεύχατον, ἵλαθι Δηοῖ· δέχνυσο δ' ἐκ μάζης, οὐκ ἀπὸ βουκολίων.*

XENOCRITUS RHODIUS Pal. VII, 291.

Χαῖταί σου στάζουσιν ἔθ' ἁλμυρά, δύσμορε κούρη,
ναυηγέ, φθιμένης εἰν ἁλί, Λυσιδίκη.
ἦ γὰρ ὀρινομένου πόντου δείσασα θαλάσσης
ὕβριν, ὑπὲρ κοίλου δούρατος ἐξέπεσες.

Brunckius vs. 2 *ναυηγοῦ φθιμένης.* Quod qui merito reiecit Jacobsius, revocavit cod. lectionem, quae habet tamen quo displiceat; valde enim ieiunum est h. l. illud *εἰν ἁλί,* nisi additum habeat epitheton. Legendum videtur: *ναυηγῷ φθιμένης εἰν ἁλί,* in naufrago mari. Ita *ἀνέμους ναυηγοὺς* dixit poeta anonymus Anth. Pal. IX, 105.

SAPPHO Pal. VI, 269.

Παῖδες, ἄφωνος ἐοῖσα τότ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται,
φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν·
Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀρίστα,
ἁ Ἑρμοκλεΐδα τῶ Σαϋλαϊάδα,
σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν· ᾇ σὺ χαρεῖσα
πρόφρων ἀμετέραν εὐκλέϊσον γενεάν.

Ita scribendum hoc epigramma, in quo iam nihil obscurum vel incertum est. Insculptum fuit basi statuae, quam Arista Dianae consecraverat. Eam statuam lo-

quentem induxit poetria. Vs. 1 cod. ἐοίσατε τ' εννέπω. Nulla cum veri specie Dorvillius ἐοῖσα τάδ' ἐννέπω, vel Bentleius ἔοισά τ' ἔτ' ἐννέπω. Aliorum conatus sciens praetermitto. Unice enim verum τότ' (vel τόκ') ἐννέπω αἴ τις ἔρηται, licet muta sim, tum tamen loquor, si quis me interrogaverit. Versu tertio revocavi codicis lectionem Ἀρίστα. Sine causa Bentleius Ἀριστώ, quod Brunckius aliique sequuti sunt. Nominis Ἀρίστα exempla habes in titulo apud Boeckh. Corp. Inscr. I, p. 31 n. 1881 et apud Marcum Argent. in Anthol. Pal. V, 16. Versu quarto codex Ἑρμοκλείταο: Dorvillius Ἑρμοκλείδαο. Scripsi addito qui post ἀρίστα facile excidere potuit articulo ἁ Ἑρμοκλεΐδα, hiatu satis excusabili et qui haud paucis exemplis defendi potest. In sequente nomine presse codicis vestigia sequutus sum, nisi quod una littera mutata scripsi τῶ Σαϋλαϊάδα. Codex τὼσ αὖν αἰάδα, pro quo scripserunt τῶ Σαοναϊάδα. Quod ego reposui nomen in vulgari sermone efferebatur Σαολᾴδας, cui simillima sunt Νικολᾴδας, Νεολᾴδας, alia de quibus supra egi ad Leonid. Tar. IX, 1. Σαϋλαΐδας autem dixit Sappho more Aeolico, qui ŏ mutabant in ῠ. Quod etsi illi in simplicibus adiectivis non fecerunt (neque enim v. c. κάλυς dixerunt pro καλός), in compositis tamen eos fecisse docet adiectivum ταναῦπος, quod pro ταναόπους dictum esse monuit Eustathius ad Hom. p. 631, 42.

SIMONIDES Pal. VII, 443.

Τῶνδέ ποτε στέρνοισι τανυγλώχινας ὀϊστούς
λοῦσεν φοινίσσᾳ θοῦρος Ἄρης ψακάδι·

ἀντὶ δ' ἀκοντοδόκων ἀνδρῶν μνημεῖα θανόντων
ἄψυχ' ἐμψύχων ἅδε κέκευθε κόνις.

Si lemmati Palatino fides, scriptum hoc carmen fuit in memoriam Graecorum qui apud Eurymedontem occubuerunt. Simonidi abiudicavit Schneidewinus. Versu primo nescio an *τῶνδέ ποτ' ἐν στέρνοισι* scribendum sit. Quartum versum pro supposititio habuit Jacobsius. Equidem nihil hic bono poeta indignum video, modo quae corrupta sunt recte emendentur. Scribendum enim *ἄψυχ' εὐψύχων*. Inanimia fortium virorum monumenta dicit ossa mortuorum. Cfr. Poeta incertus Append. Jacobs. 229 *λυγρὰ γονεῦσι λιπὼν μνημήϊα τέκνον.*

STRATO Pal. XII, 179.

Ὤμοσά σοι, Κρονίδη, μηπώποτε μηδ' ἐμοὶ αὐτῷ
ἐξειπεῖν ὅ τι μοι Θεῦδις ἔειπε λαβεῖν.
ψυχὴ δ' ἡ δυσάπιστος ἀγαλλομένη πεπότηται
ἠέρι, καὶ στέξαι τἀγαθὸν οὐ δύναται.
ἀλλ' ἐρέω, σύγγνωθι σύ μοι· „κεῖνός γε πέπεισται,
Ζεῦ πάτερ.“ ἀγνώστου τίς χάρις εὐτυχίης;

Versu tertio *δυσάπιστος* ex cod. Pal. primum a Schaefero ad Dionys. C. V. p. 89 revocatum est; vulgo *δύσπιστος*. Sed rectius, opinor, scripseris *δυσάπειστος*, male contumax, cll. Lobeckio ad Aiac. pag. 140. Rarissimam vocem Parmenidi restitue apud Suidam v. *ὡς*: *θαυμασίως ὡς δυσανάπειστον*. Legendum *θαυμάσι' ὡς δυσάπειστον*, mirum in modum contumacem. Adiectivum *δυσάπιστος*, i. e. male perfidus, memorat non addita explicatione Grammaticus Crameri Anecd. I, p. 107. Sed is quoque *δυσάπει-*

στος scripsisse videtur. Tertium distichon habet in quo offendas. Recte codex Pal. pro *γε* habet *δέ*. Distingue igitur:

ἀλλ' ἐρέω, σύγγνωθι σύ μοι, κεῖνος δὲ πέπεισται.
Ζεῦ πάτερ, ἀγνώστου τίς χάρις εὐτυχίης;

STRATO Pal. XII, 178.

Ἐξεφλέγην, ὅτε Θεῦδις ἐλάμπετο παισὶν ἐν ἄλλοις
οἷος ἐπαντέλλων ἀστράσιν ἠέλιος·
τοὔνεκ' ἔτι φλέγομαι καὶ νῦν ὅτε νυκτὶ λαχνοῦται·
δυόμενος γὰρ ὅμως ἥλιός ἐστιν ἔτι.

Ineptum esse quod tertio versu legitur *νυκτὶ λαχνοῦται*, viderunt qui hoc carmen tractarunt omnes. Sed nec Salmasii coniectura *μῆλα λαχνοῦται* probari potest, nec quod Jacobsius tentavit *ὅτε οἱ πτίλα χνοῦς τε*. In quo ut alia mittam etiam *πτίλα* displicet, quod qui de lanugine dixerit nondum repperi. Certe Jacobsii exempla, in quibus *πτίλα* de plumis avium alisve dicuntur, nihil probant. Scribendum videtur *ὅτε πυκνὰ λαχνοῦται*.

STRATO Pal. XII, 191.

Οὐκ ἐχθὲς παῖς ἦσθα καὶ οὐδ' ὄναρ οὗτος ὁ πώγων
ἤλυθε; πῶς ἀνέβη τοῦτο τὸ δαιμόνιον,
καὶ τριχὶ πάντ' ἐκάλυψε τὰ πρὶν καλά; φεῦ τί τὸ θαῦμα;
ἐχθὲς Τρωΐλος ὢν πῶς ἐγένου Πρίαμος;

Versu secundo Jacobsius tentabat *πῶς σ' ἄρ' ἔβη*, Schaeferus *πῶς συνέβη*. Neutro opus videtur. *Τὸ δαιμόνιον* barbam dicit subito natam, *ἀναβαίνειν* autem

et *ἀνατρέχειν* dicuntur plantae pullulantes. Homerus *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος*. Poeta incertus apud Etymol. p. 506, 5 *τώ μοι ἀναδραμέτην ἅτε κερκίδες*.

STRATO Pal. XII, 8.

Εἶδον ἐγώ τινα παῖδα ἐπανθοπλοκοῦντα κόρυμβον
ἀντιπαρερχόμενος τὰ στεφανηπλόκια,
οὐδ' ἄτρωτα παρῆλθον, ἐπιστὰς δ' ἥσυχον αὐτῷ
φημί, πόσου πωλεῖς τὸν σὸν ἐμοὶ στέφανον;

Non credo hoc loco incorruptum esse quod secundo versu legitur *ἀντιπαρερχόμενος*, in quo composito quae vis sit praepositionis *ἀντί* non intelligo. Scribendum *ἄρτι παρερχόμενος*. Hiatus, qui primum versum corrumpit, Jacobsio ita tolli posse visus est ut scribatur *παῖδά ποτ' ἀνθοπλοκοῦντα*. Vereor ut recte. Forsan scripsit poeta *παῖδ' ἐπανηθοπλοκοῦντα κόρυμβον*, ut puer anetho racemum iunxisse dicatur. De anetho, quo veteres ad nectendas coronas frequentissime utebantur, res est notissima.

ANONYMUS Pal. V, 83.

Εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δὲ δὴ στείχουσα παρ' αὐγὰς
στήθεα γυμνώσαις καί με πνέοντα λάβοις.

Non haec suspecta fuisse videntur criticis; nec tamen intelligitur quam vim habeat illud *παρ' αὐγάς*, quod etsi fortasse ita explicari potest, ut puella in luminis auras prodire iubeatur, hoc ipsum tamen parum commode dici videtur. Scribendum igitur suspicor *παρ' ἀκτάς*, in littore maris obambulans et frigoris captandi gratia sinum aurae recipiendae denudans.

ANONYMUS Pal. VI, 51.

Μῆτερ ἐμὴ γαίη, Φρυγίων θρέπτειρα λεόντων,
Δίνδυμον ᾗ μύσταις οὐκ ἀπάτητον ὄρος,
σοὶ τάδε θῆλυς Ἄλεξις ἑῆς οἰστρήματα λύσσης
ἄνθετο, χαλκοτύπου παυσάμενος μανίης.

Versu primo nollem in dubium vocasset Jacobsius certissimam Hermanni emendationem *μῆτερ ἐμὴ Ῥείη*. Altero versu cod. *Δινδυμόνης*, unde scripsit Jacobsius *Δίνδυμον ᾗ μύσταις* etc. Sed quidni *Δίνδυμον ἧς*, ut cod. habet, cuius mystae Dindymum montem frequentant? Ultimum carminis distichon ita edidit Jacobsius:

ἵλαος, ὦ δέσποινα, τὸν ἐν νεότητι μανέντα
γηραλέον προτέρης παῦσον ἀγρειοσύνης.

Pro *ἀγρειοσύνης*, quod quin corruptum sit dubitari non potest, Schneiderus *ἀχερμοσύνης*, Jacobsius *ἀχρημοσύνης* coniectant. Apertum est scripsisse poetam *ἀχρειοσύνης*, stultitia.

ANONYMUS Anth. Pal. VI, 22.

Ἀρτιχανῆ ῥοιάν τε καὶ ἀρτίχνοον τόδε μῆλον,
καὶ ῥυτιδόφλοιον σῦκον ἐπομφάλιον,
πορφύρεόν τε βότρυν μεθυπίδακα, πυκνόρραγα,
καὶ κάρυον χλωρῆς ἀντίδορον λεπίδος,
ἀγροιώτῃ τῷδε μονοστόρθυγγι Πριήπῳ
θῆκεν ὁ καρποφύλαξ, δενδριακὴν θυσίην.

Versu quarto Jacobsius coniecit *αὐτόδορον*, cum ipso cortice. Probabilius est hortulanum decorticatam nucem Priapo consecrasse. Cfr. Philippus VI, 102 *καὶ κάρυον χλωρῶν ἐκφανὲς ἐκ λεπίδων.* Itaque nescio

an *ἀμφίδορον* scribendum sit, quo adiectivo usus est Phalaecus Anth. Pal. VI, 165 *σκύλος ἀμφιδόρου στικτὸν ἀχαιίνεω.*

ANONYMUS Pal. VII, 48.

Σάρκες δ' αἰθαλέαισι πυρὸς ῥιπῇσι τρυφηλαὶ
ληφθεῖσαι νοτίην ὦσαν ἐπαιθόμεναι.
μοῦνα δ' ἔνεστι τάφῳ πολυδακρύτῳ ὀστέα κωφά,
καὶ πόνος εἰνοδίοις τῇδε παρερχομένοις.

Adscripsi haec ut edita sunt a Jacobsio, qui mutilum carmen et initio truncatum esse censet. In quo non assentior viro doctissimo. Nomen defuncti, quod ipsi carmini sepulcrali includi non necessarium est, in alia lapidis parte incisum esse potuit. In cod. Pal. primus versus ita legitur: *δαιδαλέοις πυρὸς ῥιπῇσι τρυφηλαὶ σάρκες.* Secundo versui quam medelam attulit Jacobsius, *λείβουσαι νοτίην ὡς ἄρα πυθόμεναι,* ea neque ad sententiam probabilis est et criticas leges migrat audacissime. In cod. a prima manu legitur *ἀπαιθόμεναι.* Vide igitur an ita poeta haec scripserit:

Σάρκες κνισαλέοιο πυρὸς ῥιπῇσι τρυφηλαὶ
ληφθεῖσαι νοτίην ὦσαν ἀπ' αἰθόμεναι.

Carnes ignis vi correptas naturalem humorem exspirasse dicit. Ad *κνισαλέος* cfr. Hesychius a Lobeckio ad Soph. Aiac. p. 110 emendatus, *Κνισαλέῳ πυρί: καπνιστῷ.* Nec sane multum differt *ΚΝΙΣΑΛΕΟΙΟ* et *ΔΑΙΔΑΛΕΟΙC.* Si tamen recte Jacobsius *αἰθάλεος* restituit, certe *αἰθαλέοιο* scribendum, et *σάρκες,* quod etiam alii voluerunt, post *πυρὸς* transponendum esse putaverim hoc modo, *αἰθαλέοιο πυρὸς σάρκες ῥιπῇσι τρυφηλαί.* Versu tertio scribendum *πολυδακρύῳ.*

Quod vitium etiam ex Palladae epigrammate Anth. Pal. X, 84 tollendum. Ad quartum versum, in quo *πόνος* non de foetore ossium, sed de dolore et miseratione praetereuntium interpretandum videtur, aptissime conferri potest Crinagoras Anth. Pal. IX, 439 de cranio in via posito dicens: *ἀτυμβεύτου θανάτοιο λείψανον εἰνόδιον* (leg. *εἰνοδίων*) *δάκρυ παρερχομένων.*

ANONYMUS Pal. VII, 298.

Αἰαῖ τοῦτο κάκιστον, ὅταν κλαίωσι θανόντα
νυμφίον ἢ νύμφην· ἡνίκα δ' ἀμφοτέρους,
Εὔπολιν ὡς ἀγαθήν τε Λυκαίνιον, ὧν ὑμέναιον
ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος,
οὐκ ἄλλῳ τόδε πένθος ἰσόρροπον, ᾧ σὺ μὲν υἱόν,
Νῖκι, σὺ δ' ἔκλαυσας, Εὔδικε, θυγατέρα.

Versu quinto nihil caussae erat cur recederetur a codicis scriptura *ὡς σὺ*, si quid tamen mutandum, malim *ὧν* scribere quam *ᾧ*, siquidem *πένθει τινὰ κλαίειν* vix recte dicitur. At merito Jacobsius haeret in ultimo versu; sed parum probabilitatis habet quam proposuit illorum verborum correctionem, *σὺ δ' ἔκλαυσας, φεῦ, Λύκε θυγατέρα.* Mihi pro *Εὔδικε* aut *Κλεύδικε* scribendum videtur aut *Θεύδικε.* Notae sunt nominum propriorum formae, *Θεῦγνις*, *Θεύδοτος*, *Θεύμορος*, *Θεύφιλος*, alia.

ANONYMUS Pal. VII, 431.

Οἵδε τριηκόσιοι, Σπάρτα πατρί, τοῖς συναρίθμοις
Ἰναχίδαις Θυρέαν ἀμφὶ μαχεσσάμενοι,
αὐχένας οὐ στρέψαντες, ὅπᾳ ποδὸς ἴχνια πρᾶτον
ἁρμόσαμεν, ταύτᾳ καὶ λίπομεν βιοτάν.

ἄρσενι δ' Ὀθρυάδαο φόνῳ κεκαλυμμένον ὅπλον
καρύσσει· Θυρέα, Ζεῦ, Λακεδαιμονίων.
αἰ δέ τις Ἀργείων ἔφυγεν μόρον, ἦς ἀπ' Ἀδράστου·
Σπάρτᾳ δ' οὐ τὸ θανεῖν, ἀλλὰ φυγεῖν θάνατος.

Carmen hoc ab aliis ad Simonidem relatum est, quibus recte obloquitur Schneidewinus. Versu primo vehementer miror neminem haesisse in *συναρίθμοις*, quod plane absonum h. l. et sensu cassum. Scribendum haud dubie *τοῖς ἰσαρίθμοις*, ut Spartani et Argivi pari utrimque manu de Thyrea pugnasse dicantur. Atque ita res narratur etiam ab aliis. Cfr. Chaeremon Anth. Pal. VII, 721 *τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἴσαι χέρες ἶσα δὲ τεύχη συμβάλομεν. Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός.* Versu quinto vitiosum esse *κεκαλυμμένον* recte vidit Schneidewinus Simon. p. 223, qui *πεπαλυμμένον* ei substituit. Sed *αἵματι παλύνειν* recte dici non credo nisi exempla afferenti. Lenissimum esset *κεκλυσμένον*, sed aptissimum *πεπαλαγμένον*. V. Jacobsius ad Anth. Pal. IX, 158.

ANONYMUS Pal. IX, 714.

Τίπτε Μύρων με τὸ βοίδιον ἐνταυθοῖ παρὰ βωμοῖς
ἔστασας; οὐκ ἐθέλεις εἰσαγέμεν μέγαρον;

Versus primus non poetae sed librariorum culpa succisis poplitibus incedit. Scripsisse videtur poeta *τίπτε Μύρων μ' ἐνταῦθα τὸ βοϊδιον παρὰ βωμοῖς* — In quo *βοϊδιον* pro *βοίδιον* dictum est, quemadmodum Theocritus Id. I, 9 dixit *οἴϊδα* pro *ὄϊδα*, et Mimnermus apud Athen. XI, p. 470 *b. κοΐϊλος* pro *κοῖλος.* Atque ipsum illud *βοϊδιον* habes apud inc. poetam Anth. Pal. VII, 169 *Βοϊδιον δὲ καλεῦμ' ἐγὼ ὡς τότε.* In-

solentior forma causam corruptelae praebuit. Altero versu admodum memorabilis est aoristus ἔστασας, pro quo Plan. ἵδρυσας, Brunckius ἕδρασας, Jacobsius ἕστακας scripserunt. At rectissime habet ἔστασας, quod formavit poeta ad exemplum Homeri, qui tribus locis a Buttmanno indicatis hoc aoristo usus est, sed nonnisi in tertia persona pluralis, ἔστασαν. Aliud huius formae exemplum habes apud Philippum Anth. Pal. IX, 708 χερσὶ Γιγαντείαις ἔστασε (Dicaearchea) νέρθεν ὕδωρ, fortasse etiam apud Anonymum Anth. Pal. IX, 184, 9, ubi quum scriptum sit: ἵλατε πάσης ἀρχὴν οἳ λυρικῆς καὶ πέρας ἐσπάσατε, mihi quidem postremum verbum in ἐστάσατε mutandum videtur. Salvete, inquit, qui lyricam artem inchoastis et fines eius constituistis, h. e. ad summam perfectionem eam adduxistis. Denique in epigrammate apud Welckerum Syll. epigr. p. 120 Μάξιμος Εὐδαίμων καὶ Γαΐανος δύο παῖδε | ἔκτισαν Ἀντιόχοιο, καὶ ἄψιν τήνδ' ἐπὶ πάσαις | ἕστασαν, item scribendum ἔστασαν. Imperfecto nullus hic locus est.

ANONYMUS Pal. XIII, 17.

Ἰφίων ἔγραψεν ἐᾷ χερί, τὸν πόκα ὕδωρ
θρέψε Πειρήνης ἄπο.

Versu primo Jacobsius tentat Ἰφίων τόδ' ἔγραψεν. Tale quid si necessarium est, haud paulo probabilius scribas Ἰφίων μ' ἔγραψεν, quemadmodum est in antiqua illa inscriptione apud Herod. V, 59 Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν (leg. ἑλὼν vel ἔχων) ἀπὸ Τηλεβοάων, et in aliis titulis permultis. Hiatum πόκα ὕδωρ forsan tuearis exemplo incerti poetae Anth. Pal.

XI, 297 *νῦν δ' ἴϑι πῖνε ὕδωρ καὶ παύεο* (leg. *παῦσον*) *δίψαν ἑοῖο* (leg. *ἑεῖο*). Sed is novitii poetae foetus est. Itaque malim *τόν ποκ' ἄρ' ὕδωρ.* Neque haec particula sua vi caret. Cfr. Theocr. XVIII, 1 *ἔν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ ξανϑότριχι πὰρ Μενελάῳ.* Justo audacius Schneidewinus Fragm. Simon. p. 211 scribebat *τόν ποκα νᾶμα.* In alterius versiculi numeris non haererem equidem, si versus esset catalecticus sive ithyphallicus. Nunc iambicos requiro numeros. Scribendum igitur *ἔϑρεψε Πειρήνης* (*Πειράνας*) *ἄπο.*

ANONYMUS Pal. XIII, 13.

Τόνδε πυρῆ' ἀνέϑηκε Πολυμνήστου φίλος υἱός,
εὐξάμενος δεκάτην Παλλάδι Τριτογενεῖ.
Κυδωνιάτας Κρισίας εἰργάσατο·

Permirum est et contra morem epigrammatariorum donatorem non suo sed patris nomine appellari. Nec minus dubitationis affert illud *πυρῆα*, quod intelligunt viri docti de turibulo; at vix credibile hanc significationem unquam illud vocabulum habuisse. Hesychius quidem, qui unus omnium hanc vocem commemorat, *πυρέας* explicat per *πυρπολήτας*, *ἐμπυριοῦντας* (leg. *ἐμπυροῦντας*) *τὴν πόλιν. ἀπὸ τῆς πυρεὺς εὐϑείας.* Accedit quod illud *πυρῆ'* nonnisi ex Salmasii coniectura receptum est. Cod. Pal. enim *πυρῆς* habet. Verissime, si nomen proprium esse statuas. Notus est Pyres Ionicarum cantilenarum poeta, genere Milesius, de quo dixi in commentatione de Alexandro Aetolo propediem publici iuris facienda. Interim v. Athen. XIV, p. 620, e. Versu tertio (neque enim solutam esse orationem verborum collocatio ostendit) pro *Κρισίας*,

quod primam corripit, scribendum est *Κρησίλας*, et *εἰργάξατο* pro *εἰργάσατο*. Cresilas statuarius Phidiae, ut videtur, aequalis memoratur a Plinio H. N. XXXIV, 19, ubi cum vulgo Ctesilas scriptum sit, genuinam nominis formam *) ex codd. restituit L. Rossius, usus eam in rem titulo Attico *ΗΕΡΜΟΛΥΚΟΣ ΔΙΕΙΤΡΕΦΟΣ ΑΠΑΡΧΕΝ ΚΡΕΣΙΛΑΣ ΕΠΟΕΣΕΝ.* Eundem Cresilam Cydoniatam recte agnovisse mihi videor in titulo Hermionensi apud Boeckh. Corp. Inscr. vol. I, pag. 595, n. 1195 *ΚΡΕΣΙΔΑΣ ΕΠΟΙΕΣΕ ΚΥΔΟΝΙΑΤΑΣ.* Quod nomen Boeckhius *Κρεσσίδας* legit a *κρέσσων*, quod vix recte formatum nomen est. Scribendum haud dubie *ΚΡΕΣΙΛΑΣ* i. e. *Κρησίλας*. Itaque in hunc modum epigramma nostrum restituendum censeo:

Τόνδε Πυρῆς ἀνέθηκε Πολυμνήστου φίλος υἱός,
εὐξάμενος δεκάτην Παλλάδι Τριτογενεῖ.
Κυδωνιάτας Κρησίλας εἰργάξατο.

Pronomine *τόνδε* designari statuam vel tripodem, quem dedicaverat Pyres, vix est quod moneam. Cfr. titulus Atticus apud Boeckh. Corp. Inscr. II, p. 340 *Ἀντήνωρ Εὐφράνορος ἐποίησεν τόνδε Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος*. Simonides (Simmias) in Anth. Pal. VI, 182 *Σῶσος καὶ Σωσὼ σωτήρια τόνδ' ἀνέθηκαν*. Epigramma apud Plutarch. de puer. educ. 20 *Εὐρυδίκη Ἱεραπολιῆτις τόνδ' ἀνέθηκε ταῖς Μούσαις*. Sulla apud Arrian. B. C. I, 97 *τόνδε σοι αὐτοκράτωρ Σύλλας ἀνέθηκ', Ἀφροδίτη*, ubi securis significatur a Sylla dedicata.

*) Similiter *κτίσις* in *κρίσις* abiit, si recte coniicio, in epigrammate anonymi de aenea domo Anastasii Anth. Pal. IX, 656. *οὔ μοι πυραμίδων ἰκέλη κρίσις οὐδὲ κολοσσοῦ, οὐδὲ Φάρου, μεγάλην μοῦνος δ' ὑπερέδραμον αἴγλην.*

ANONYMUS Pal. VII, 626.

Ἐσχατιαὶ Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκέτι θηρῶν
ἔθνεσιν ἠπείρου νῶτα βαρυνόμεναι,
οὔτοι ἐρημαίαισιν ἐπὶ πτήσσεσθε λεόντων
ὠρυγαῖς ψαμάθους ἄχρις ὑπὲρ Νομάδων,
φῦλον ἐπεὶ νήριθμον ἐν ἰχνοπέδαισιν ἀγρευθὲν
ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς·
αἱ δὲ πρὶν ἀγραύλων ἐγκοιτάδες ἀκρώρειαι
θηρῶν νῦν ἀνδρῶν εἰσι βοηλασίαι.

Vs. 2 *ἠπείρου* iniuria, ut mihi quidem videtur, in vitii suspicionem adductum est. Vs. 3 *πτήσσεσθε*, quod pro *πτήσσετε* dici posse non credo, haud dubie corruptum est, quamvis agnoscat Lobeckius ad Buttmanni Gramm. II, p. 285. Cod. *πτύσεσθε*. Scribendum igitur *πτύρεσθε*, vel coniunctim *ἐπιπτύρεσθε*, pavore exterremini. Idem error in Aesopi fab. August. 85 *πτήσσεσθαι πρὸς τὰς τῶν ἀλεκτρυόνων φωνάς*, ubi Flor. habet *πτύρεσθαι*, quod recte praefert Schneiderus. Porro *οὔτοι* parum probabiliter scripsit Jacobsius pro eo quod cod. habet *ἦχοι*. Repone *ἠχοῖ ἐρημαίαισί τ' ἐπιπτύρεσθε λεόντων ὠρυγαῖς*, i. e. *ἠχοῖ ὠρυγῶν*. Vs. 6 ineptissimum est *ὁ παῖς*, in quo substantivum latere ostendit quod initio versus legitur *ἐς μίαν*, quod qui pro *εἰς ἕν* positum esse censet Jacobsius, eam in rem usus est Meleagri verbis *καὶ χάριτας σοφίαν τ' εἰς μίαν ἡρμόσαο* Anth. Pal. VII, 421. Sed in his ex verbo *ἁρμόζειν* ad *μίαν* assumendum substantivum *ἁρμογήν*. In nostro loco suspicabar *ἐς μίαν αἰχμητὰς Καῖσαρ ἔθηκε νάπαν*, ut deserti Libyci feras in unam vallem Caesar compulisse dicatur. Nunc malim cum Reiskio *Καῖσαρ ἔθηκεν ὀπάν*, in unam caveam. Ita igitur hoc poematium scribendum est:

Ἐσχατιαὶ Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκέτι θηρῶν
ἔθνεσιν ἠπείρου νῶτα βαρυνόμεναι
ἠχοῖ ἐρημαίαισί τ' ἐπιπτύρεσθε λεόντων
ὠρυγαῖς ψαμάθους ἄχρις ὑπὲρ Νομάδων,
φῦλον ἐπεὶ νήριθμον ἐν ἰχνοπέδαισιν ἀγρευθὲν
ἐς μίαν αἰχμητὰς Καῖσαρ ἔθηκεν ὀπάν.

ANONYMUS Pal. XIII, 18.

Χάλκεα ἔργα λέγοισθε θοῆς ἐπινίκια πώλου,
ἥτις κεντρομανῆ λαβοῦσα παῖδα
ψιλὴ λευρὸν ἔθυσε περὶ δρόμον· ἐκ δ' ἄρ' ἐκείνου
Παρμένων χρυσέης κύρησε νίκης.
Φώκριτε, σῷ δ' ἄρα παιδὶ καὶ Ὑλαΐδαι βασιλῆες
πατρῴων ἔδοσαν λαχεῖν ἀέθλων.

Versus tertii immemor erat G. Dindorfius Thes. L. G. s. v. *θύω* aoristum *ἔθυσα* suspectans in Callimachi Fragm. LXXXIII, 2 *ἔθυσεν Ἀρκὰς ἵππος.* Aeque rarus alterius formae, *ἔθυνα,* usus est, quam habes apud poetam incertum Anthol. Palat. VI, 217, 8. Eodem versu pro *ἐκείνου* fortasse praestat *ἐκείνης* scribere. Versu quinto quid dici debuerit bene perspexit Jacobsius, sed male scripsit *Ἀμυκλαΐται*, quod cum *Ἀμυκλαῖται* scribendum sit, versus respuit. Itaque *Ἀμυκλαΐδαι βασιλῆες* corrigendum. Quod nomen etsi proprie patronymicum est, potuit tamen etiam pro gentili usurpari, quemadmodum *Πλαταιΐδης* de Plataeensi cive dixit Theodoridas Anth. Pal. XIII, 21 *Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταιΐδα, Περγαμίδης* de Laomedonte Troiano Aristoteles Anth. Pal. App. II, p. 755, 83 *Περγαμίδην κεύθει χθὼν Λαομεδόντα, Κρητίδης* pro Cretensi nescio quis apud Photium Lex. p. 178, 15: *Κρη-*

τίδαι, μάντεις ἀπὸ Κρήτης, Ἰταλίδης de Italo Leonidas Alex. Anth. Pal. IX, 344 εὐγενέταις γνώριμος Ἰταλίδαις. Idem reddendum oraculo apud Heraclitum in H. Steph. Poesi Phil. p. 152 ἐξ Ἰάδος χώρης ἥξειν σοφὸν Ἰταλίῃσιν, et Callimacho apud Schol. Dion. Per. 376 (Fragm. 448) ἔξοχα δ' ἐν πεδίοις οἳ πόλιν Ἰταλῶν | ᾠκίσατε. Ruhnkenius οἵ γε πόλιν Ἰταλῶν. Immo οἳ πόλιν Ἰταλιδῶν. Atque ita Italidae etiam Avienus Descr. O. T. 311 et Pisatides pro Pisano Naevius apud Festum p. 198 Pisatidem appellat Naevius Pantaleontem e Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur. Ita enim corrigo editum Pisalitem, de quo quid Müllerus statuat, quaerere nunc non licet. Denique Σταγειρίδης scribendum pro Σταγειρίτης in epigrammate apud Jacobsium App. Anth. Pal. 302 σμικρός, φαλακρός, τραυλὸς ὁ Σταγειρίτης. Nisi is Σταγειρίτης penultima brevi dixit, quod in malo poeta ferendum videtur.

ANONYMUS apud Jacobs. Add. p. XCIX.

Ἦ μάλα Πρωτομάχα τε καὶ Εὔμητις λιγύφωνοι
ἔκλαυσαν πινυταὶ Πινδάρου θυγατέρες,
Ἀργόθεν ἦμος ἵκοντο κομίζουσ' ἔνδοθι κρωσσοῦ
λείψαν' ἀπὸ ξείνης ἀθρόα πυρκαϊῆς.

Edidit hoc carmen primus ex codice Vratislaviensi J. G. Schneiderus ad Nicandri Ther. p. XVII. Servavit item Eustathius Prooem. Pindar. ed. Schneidew. p. 16. Secundum versum verborum transpositione emendari voluere Boeckhius, Gerhardus, Tafelius hoc modo: Πινδάρου ἔκλαυσαν θυγατέρες πινυταί. Quibus non

felicior fuit Ungerus Parad. Theb. I, p. 123 *Πινδαρίου θύγατρες* coniiciens. Scribendum lenissima mutatione:

Ἦ μάλα Πρωτομάχα σε καὶ Εὔμητις λιγύφωνοι
ἔκλαυσαν πινυταί, Πίνδαρε, θυγατέρες.

Simillimae structurae pentametrum habes apud poetam inc. Anth. Pal. VII, 10 *ἔκλαυσαν ξανθαὶ μυρία Βιστονίδες.* Tertio versu notabilis est diphthongi elisio in participio *κομίζουσαι*, cuius non aliud exemplum habeo quam hoc Orphicum Hymn. LI, 17 *ἔλθετ' ἐπ' εὐφήμοις ἱεροῖς . . . νᾶμα χέουσ' ὑγιεινὸν ἀεξιτρόφοισιν ἐν ὥραις.* Quae praeterea eius elisionis exempla feruntur, suspecta sunt omnia. In Platonis carmine Anthol. Plan. 210, 7 vitiose editum est *ξουθαὶ δ' ἐφύπερθε μέλισσαι κηροχυτοῦσ' ἐντὸς λαροῖς ἐπὶ χείλεσι βαῖνον.* Cod. Pal. *κηροχύτοις*, unde corrigendum videtur *κηροχύτευν ἐντός, λαροῖς δ' ἐπὶ χείλεσι βαῖνον.* Hedylus apud Strabon. XIV, p. 683:

Ἱραὶ τῷ Φοίβῳ πολλὸν διὰ κῦμα θέουσαι
ἤλθομεν αἱ ταχιναὶ τόξα φυγοῦσ' ἔλαφοι.

Ita haec nescio cuius coniecturam sequutus citavit Jacobsius Animadv. ad Brunckii Anal. III, p. 900. Recte libri *φυγεῖν*, quod a *ταχιναὶ* pendet.

INDICES.

I. INDEX POETARUM IN DELECTUM RECEPTORUM.

II. INDEX RERUM ET VERBORUM *).

A

*) Verba asterisco notata aut certa aut probabili coniectura nove ficta sunt.

B

C K X

D

M

M

N

O

P Φ

T Θ

Typis A. G. Schadii.

ERRATA.

Pag. 156, 13 τὸ δ᾽ (cod. τόδ᾽) pro τὺ δ᾽ (cod. τύ δ᾽)
- 192, 11 τὸ γὰρ pro τὺ γὰρ
- 205, 24 Κλεῦας pro Κλεύας
- 210, 23 post Τίμαλος excidit ἄχραντον
- 211, 4 ἔκρυβεν pro ἔκρυβε
- 213, 9 τόφρα pro τέφρα
- 215, 26 λιγνύι pro λιγνύϊ